Ibid. ἀμφέρειν Ald. Rob. ἂν φέρειν Turn. ἀναφέρειν est *referre ad aliquem;* ut in Eurip. Orest. 76. Εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν, qui sensus huic loco parum convenire videtur. Forsan legendum καὶ τόδ' αὖ φέρειν. Sententia, ut videtur, hæc est; *et hoc quidem inferre domibus, nova erit calamitas cruenta ei* (generi) *quod pristina cæde exulceratum est.* Schutzius vero, qui retinet δειματοσταγές, hunc in modum interpretatur; *Ex hoc rumore per domum sparso existeret novus dolor timorem stillans, accedens ad pristinam cædem, tanquam ad vulnus exulceratum et doloribus mordens.* δεδηγμένῳ active positum putat.

829. δειματοσταγὲς edd. vet. αἱματοσταγές, Porti et Stanleii correctionem, in textu reposuit Porsonus.

831. πῶς ταῦτ'; Heath. ἀληθῶς οὐ βλέποντα Bothe. *vere mortuum,* sc. Orestem: quæ emendatio, ut cum Butlero loquar, speciosior est quam verior. βλέποντα opponitur τῷ, θνήσκοντες. vid. Hermann. ad Sophocl. Aj. 266.

ἢ πρὸς γυναικῶν δειματούμενοι λόγοι
πεδάρσιοι θρώσκουσι, θνήσκοντες μάτην;
τί τῶνδ' ἂν εἴποις ὥστε δηλῶσαι φρενί.
ΧΟ. ἠκούσαμεν μέν, πυνθάνου δὲ τῶν ξένων,
εἴσω παρελθών. οὐδὲν ἀγγέλων σθένος,
ὡς αὐτὸν αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι πέρι.
ΑΙ. ἰδεῖν ἐλέγξαι τ' αὖ θέλω τὸν ἄγγελον,
εἴτ' αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρών,
εἴτ' ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών.
οὔτοι φρέν' ἂν κλέψειεν ὠμματωμένην.

832. ἢ Schutz. δειματουμένων voluit Stanleius: sed monet Heathius tales ὑπαλλαγάς, præsertim in adjectivis, stylum Æschyleum sapere. Confert autem Agam. 48. 52. quæ tamen exempla ab hoc loco aliena sunt.

833. θνήσκοντος Portus; et sic legebat interpres Græcus; hæc enim est ejus glossa; οὐκ ἀληθῶς ἀποθανόντες (-τος).

835. Hoc responsum ἀγγέλῳ tribuunt Turn. Steph. Choro Robortellus. Mox omnes habent ἔσω.

837. αὐτὸς αὐτὸν Ald. Rob. αὐτῶν Turn. Steph. Canter. Schutz. Porson. Mox πάρα Portus. Hermannus vero legit, Ὡς αὐτὸς αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι παρεῖ, (et sic Abresch.) *quum ipse adsis, ut hospitem de rebus illis interroges;* quod non probat Butlerus; ego ne Græcum quidem esse arbitror πεύθεσθαι ἄνδρα τῶνδε. Mirum est Hermannum non correxisse αὐτόν. Vide Glossarium.

839. ἦεν Ald. Rob. Mox κλυδόνος Ald.

841. φρένα κλέψειαν edd. vet. φρένα κλέψει' ἂν Heath. Schutz. Porson. φρέν' ἂν κλέψει' ἂν Hermann. apud Erfurdt. ad Sophocl. Aj. p. 627. Monk. ad Eurip. Hipp. 482. φρέν' ἂν κλέψειεν Elmsleius ad Med. p. 150. n. ut vitetur elisio vocalis ε ante particulam ἄν. Et hoc quidem recepi; non ut Elmsleii canona omni ex parte probem; neque enim hanc elisionem poetis Atticis displicuisse credo, præterquam in iis vocibus, ubi confusio inde oriri posset, i. e. in aoristis primis et perfectis. Quod ad ipsius elisionis *sonum* adtinet, nihil

ΧΟ. Ζεῦ, Ζεῦ, τί λέγω; πόθεν ἄρξωμαι
τάδ' ἐπευχομένη, κἀπιθοάζουσ';
ὑπὸ δ' εὐνοίας
πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι;
νῦν γὰρ μέλλουσι μιανθεῖσαι
πειραὶ κοπάνων ἀνδροδαΐκτων
ἢ πάνυ θήσειν Ἀγαμεμνονίων
οἴκων ὄλεθρον διὰ παντός,
ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ
δαίων, ἀρχαῖς τε πολισσονόμοις,
ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον.
τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος
δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὀρέστης

certe interest, an ἔγραψ' ἂν dictum sit pro ἔγραψα ἄν, an pro ἔγραψε ἄν. Mox ὠμματουμένην Rob.

842. ἄρξαμαι Ald. Confer notata ad v. 82.

843. κἀπιθοάζωσα Ald. κᾆπι θοάζουσα Rob. κᾀπιθοάζουσα Steph. Equidem legendum puto κἀπιθεάζουσ'. Thucyd. VIII. 53. Εὐμολπιδῶν—μαρτυρομένων καὶ ἐπιθειαζόντων μὴ κατάγειν. ubi Schol. ἤγουν θεῖά τινα ἐπιβοωμένων. VII. 75. οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ἀπολειπόμενοι. Sine ι Plato Phædr. 40. p. 233. Heind. ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν ἀγανακτῶν καὶ ἐπιθεάζων. Eandem correctionem fieri debere suspicor in Eurip. Med. 1406. Τάδε καὶ θρηνῶ, κἀπιθοάζω, Μαρτυρόμενος δαίμονας. ubi rescribendum κἀπιθεάζω ex Thucydidis loco patet. Hesych. Ἐπιθεάζει: θεοὺς ἐπικαλεῖται. Ἐπιθεάσας: κατευξάμενος. Pherecrates, ab Albertio citatus; Ὕστερον ἀρᾶται κἀπιθεάζει τῷ πατρί.

846. μιανθῆναι Rob.

851. δαΐων edd. ante Porsonum. et mox ἀρχάς τε πολισσονόμους. (πολυσσονόμους Ald.) Porsoni correctionem probat Hermannus.

852. πάτρων Ald. πατρῷον Turn.

853. τοιὰν δὲ πάλιν Ald. μόνος omittunt Ald. Turn. ὢν ἂρ ἔφεδρος Turn.

854. θείοις Ald. Rob. Steph.

ἄψειν. εἴη δ' ἐπὶ νίκην.
ΑΙ. ἔ, ἔ, ὀτοτοτοῖ
ΧΟ. ἔα, ἔα μάλα.
πῶς ἔχει; πῶς κέκρανται δόμοις;
ἀποσταθῶμεν πράγματος τελουμένου·
ὅπως δοκῶμεν τῶνδ' ἀναίτιοι κακῶν
εἶναι· μάχης γὰρ δὴ κεκύρωται τέλος.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

οἴμοι, πανοίμοι, δεσπότου τελουμένου·
οἴμοι μάλ' αὖθις ἐν τρίτοις προσφθέγμασιν.
Αἴγισθος οὐκ ἔτ' ἐστίν. ἀλλ' ἀνοίξατε
ὅπως τάχιστα, καὶ γυναικείους πύλας

855. *νίκην* Ald. Turn. Ceteri *νίκῃ*. Supra 470. *πέμπετ' ἀρωγὴν | παισὶν προφρόνως ἐπὶ νίκην*. Quod si *ἐπὶ νίκην* sit, *ad victoriam reportandam*, *ἐπὶ νίκῃ* vero, *victoria reportata*, prius huic loco aptius videatur.

856. *ὁ τοτοτοὶ* Rob.

858. *κέκαρται* Ald. Turn. *κέκραρται* Rob. *κέκρανται* Steph. Hi versus aliter dividi possint; *ἔα, ἔα, μάλα. πῶς ἔχει; | πῶς κέκρανται δόμοις;*

859. *ἀποσταθῶ μὲν* Ald.

860. *ἀναίτιαι* edd. Sed *ἀναίτιος* utriusque generis est: vid. Agam. 1482. Legitur tamen *μεταίτιαι* supra 94. *παραιτία* infra 897.

862. *οἴμοι πὰν, οἴμοι* Ald. Turn. *οἴμοι πᾶν. οἴμοι* Rob. *μάλ' οἴμοι* conjecit Canterus. *πανοίμοι* Porsonus. Confer notata ad Agam. 1314. Quum præcesserit *τελουμένου* v. 859. Schutzius scribendum putat *πεπληγμένου*. Atqui ab hujuscemodi repetitionibus parum cavebant tragici. Confer 139. 140. 156. 157. 232. 233. 273. 276. 405. 408. 699. 702. 975. 976. 1020. 1022.

865. *γυναικίους* Ald. *γυναικείους* Rob. Turn. Med. *γυναικείας* Steph. et recentiores. Sed illud præstat. Dicitur quidam v. 620. *γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν*, in Eurip. Andr. 362. *διὰ γυναικείαν ἔριν*; metro jubente; sed in v. 948. ejusdem fabulæ habemus *τὰς γυναικείους νόσους*. Contra in Inus fragm. I. *ὦ γυναικεῖαι φρένες*, quod tamen

μοχλοῖς χαλᾶτε· καὶ μάλ' ἡβῶντός γε δεῖ·
οὐκ ὥστ' ἀρῆξαι διαπεπραγμένῳ· τί γάρ;
ἰού, ἰού.
κωφοῖς ἀϋτῶ, καὶ καθεύδουσιν μάτην
ἄκραντα βάζω. ποῦ Κλυταιμνήστρα; *τί δρᾷ;*
ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας

Stobæi scribæ deberi potest. Dicebant tragici *ἑρκείους πύλας*, (supra 553.) *αὐλείους πυλάς*, Eurip. Hel. 445. *φροντὶς οἰκεῖος*, Heracl. 634. et alia similia; unde hoc tantum colligo, eos, ubi metrum alterutram terminationem indifferenter admitteret, masculinam formam prætulisse, si sic homœoteleuton evitarent. Ceterum ex hoc loco discimus, ut opinor, in scena duas fuisse portas, quarum una in *ἀνδρωνῖτιν*, altera in *γυναικωνῖτιν* ducebat. Illa protagonistæ erat, hæc vero deuteragonistæ; Pollux IV. 124. *τριῶν δὲ τῶν κατὰ τὴν σκηνὴν θυρῶν, ἡ μέση μὲν βασίλειον*, (sicut in hac fabula) *ἢ σπήλαιον*, (sicut in Philocteta) *ἢ οἶκος ἔνδοξος, ἢ πᾶν τὸ πρωταγωνιστοῦν τοῦ δράματος. ἡ δὲ δεξιά, τοῦ δευτεραγωνιστοῦντος καταγώγιον. ἡ δὲ ἀριστερά, ἢ τὸ εὐτελέστατον ἔχει πρόσωπον, ἢ ἱερὸν ἐξηρημωμένον, ἢ ἄοικός ἐστι.* In hac autem fabula Orestes primas partes agit, Electra secundas, Clytæmnestra vero tertias. Confer notata ad v. 825.

866. *μοχλοὺς* Aurat. Stanleius in curis secundis; tum vero legendum fore *γυναικειῶν πυλῶν* observavit Butlerus. *πύλαι* in plurali semper dicebant tragici. Sed sana sunt vulgata. Vide Eurip. Iph. T. 99. in Glossario citatum.

Ibid. *ἡβῶντος δὲ δεῖ* omnes libri. "Conjunctiones istas in eodem sententiæ membro haud credo occurrere apud istius ævi scriptores, nisi per librariorum errores," inquit Porsonus ad Eurip. Or. 614. Vide quæ notavi ad Theb. 469.

867. *οὐχ ὡς δ' ἀρῆξαι* Ald. Rob. Turn. *οὐχ ὥστ'* Porson. *οὐχ ὡς δ'* Hermann. Comm. de Metr. Pindar. p. 241. *Ac valente quidem opus est; sed ne sic quidem ille opem ferat jam trucidato.* An legendum *οὕπως δ'*? *διαπεπραγμένων* Ald. Rob.

868. *αὐτῷ* Ald. *αὐδῶ* Rob. e conjectura. *ἀϋτῶ* Turn. Mox dedi *ποῦ* pro *ποῖ*. quamobrem id fecerim, hodie non opus est declarare. Schutzius vero interpretatur *quorsum abiit?* *Κλυταιμνήστρας* Ald. *κλυταιμήστρα* Rob.

870. *ξυρὸν* Ald. *ἐπιξήνου πέλας* Abresch. ex Agam. 1248. quia

αὐχὴν πεσεῖσθαι πρὸς δικὴν πεπληγμένης.
ΚΛ. τί δ' ἐστὶ χρῆμα; τίνα βοὴν ἵστης δόμοις;
ΟΙ. τὸν ζῶντα καίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω.
ΚΛ. οἲ 'γώ. ξυνῆκα τοὔπος ἐξ αἰνιγμάτων.
δόλοις ὀλούμεθ', ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν.

displicebat πέλας cum ξυροῦ conjunctum. Schutzius πέλας de *tempore* accipit; de *loco* Butlerus, *prope Aegisthum*. Sed etiamsi πέλας abesset, difficilis esset sententia; quomodo enim dici potest *Clytæmnestræ percussæ cervix in novaculæ aciem casura esse?* ἐπὶ ξυροῦ εἶναι, vel ἵστασθαι, vel βεβάναι dicitur is, qui in discriminis articulo versatur, non autem qui ipsam calamitatem subiit. Quare πεπληγμένης vertendum erit *statim percutiendæ*, potius quam *percussæ*.

Ibid. "Quod ad Stanleii conjecturam attinet, hunc versum cum proximo Choro forte tribuendos esse, haud negaverim illud sic amarissime dictum videri, et tum summo odio in Clytæmnestram, tum gaudio ob jam receptam libertatem ex morte Aegisthi convenire: sed magis ex indole tragicorum videtur hæc nuntio tribuere: alterum illud nimis artificiosum videtur, et tragoediae recentioris. Suavius decurreret hic versus, si legeretur "Εοικεν αὐτῆς νῦν ἐπὶ ξυροῦ πέλας." Butlerus. Ne hujusmodi versus rhythmo penitus careant, pausa, non enim cæsura est, fieri debet post primam dipodiam; ἔοικε νῦν | αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας. Hoc si facias, in istis exemplis quæ protulit Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 111. satis bene servabitur "gravitas numeri et magnificentia;" ut ipse loquitur in p. 108. Ex undecim tamen exemplis, quæ apud unam Sophoclis fabulam exstare monuit Hermannus, eximendus est secundus; Λέγω δέ σοι τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι, quem "omni cæsura destitutum esse" equidem certe non fateor.

871. πεπληγμένος Ald. Rob.

873. τευθνηκότας Ald. Dein λόγῳ Turn. Steph. Porson. λέγω Ald. Rob. Med. probantibus Stanleio, Schutzio, Butlero. Recte sine dubio. Vere observavit Schutzius nihil αἰνιγματῶδες in vulgata lectione inesse, nam fama tantum mortuos vivum occidere posse nemo dubitat.

874. οἴ ἐγὼ Ald. οἱ ἐγὼ Rob. οἲ ἐγὼ Turn. Parum refert, utrum scribatur οἲ ἐγὼ an οἲ 'γώ. Mox ἐξαινιγμάτων Rob.

875. ὥσπερ οὖς ἐκτείναμεν Porsonus Adv. p. 160. ubi notavimus

δοίη τις ἀνδροκμῆτα πέλεκυν ὡς τάχος.
εἰδῶμεν ἢ νικῶμεν, ἢ νικώμεθα·
ἐνταῦθα γὰρ δὴ τοῦδ᾽ ἀφικόμην κακοῦ.
ΟΡ. σὲ καὶ ματεύω· τῷδε δ᾽ ἀρκούντως ἔχει.
ΚΛ. οἲ ᾽γώ. τέθνηκας, φίλτατ᾽ Αἰγίσθου βία.
ΟΡ. φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοίγαρ ἐν ταυτῷ τάφῳ
κείσει. θανόντα δ᾽ οὔτι μὴ προδῷς ποτέ.
ΚΛ. ἐπίσχες, ὦ παῖ· τόνδε δ᾽ αἴδεσαι, τέκνον,

istas in Aeschylum notulas a Porsono juvene scriptas fuisse. Sententiam postea mutavit; edidit enim *ὥσπερ οὖν*, memor fortasse versus 90. *Ἦ σῖγ᾽ ἀτίμως, ὥσπερ οὖν ἀπώλετο Πατήρ.*

877. *εἰ νικῶμεν* Turnebus, ex correctione, ut videtur; nam *ἢ νικῶμεν* habent Ald. Rob. Med. Vide supra 744.

879. *μαντεύω* Rob. Hoc exemplum iis adjici potest, quæ dedit Dobræus in Aristophan. App. p. (36.) in quibus *καὶ* conjunctio postponitur voci, quam in constructione antecedit. Pene tamen suspicor legendum *σὲ μὲν ματεύω*; vel *σέ τοι ματεύω*.

880. *οἱ ἐγώ* Ald. *οἳ ἐγὼ* Rob. *οἵ ἐγώ* Turn. Constructionem *φίλτατε Αἰγίσθου βία*, ubi est *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον* illustrarunt Matthiæ. Gr. Gr. §. 434. Elmsleius ad Sophocl. Oed. T. 1167. Eurip. Bacch. 1306. Conf. supra 523. Hoc tamen exemplum unicum est hujus circumlocutionis, *βία τινος*, cum adjectivo masculini generis conjunctæ; nam quod supra edidimus v. 644. *Εἴπερ φιλόξενός τις Αἰγίσθου βία*, diversi est generis. Dixit Euripides Phœn. 55. *κλεινὴν Πολυνείκους βίαν*.

881. *ἐν ταύτῳ τῷ τάφῳ* Rob.

882. *οὔτι μὴ προδῷς*, *non deseres*: *οὔτι μὴ προδώσεις* foret, *nequaquam deseras*; si verum sit quod tradit Elmsleius ad Sophocl. Oed. C. 177. *οὐ μὴ* cum futuro vetantis esse, cum subjunctivo vero negantis.

883. *τόνδε δήσεται* Ald. Med. *τόνδε δ᾽ αἰδέσαι* Robortellus e conjectura Sophiani: et sic Turnebus.

Ibid. Notandum est poetæ artificium. Clytæmnestra, quo magis Orestem misericordia tangat, intra pauxillum spatium filium eum bis nominat; *παῖ, τέκνον*. Etiam Chorus, quum Orestem et Electram blandiuscule compellare vult, ea-

μαστόν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα
οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα.

ΟΡ. Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν;

ΠΥ. ποῦ δὴ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα
τὰ Πυθόχρηστα, πιστὰ δ' εὐορκώματα;
ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον.

ΟΡ. κρίνω σε νικᾷν, καὶ παραινεῖς μοι καλῶς.
ἕπου· πρὸς αὐτὸν τόνδε σε σφάξαι θέλω·
καὶ ζῶντα γάρ νιν κρείσσον' ἡγήσω πατρός.
τούτῳ θανοῦσα συγκάθευδ', ἐπεὶ φιλεῖς
τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν δ' ἐχρῆν φιλεῖν, στυγεῖς.

dem nomina repetit, 258. Ὦ παῖδες, ὦ σωτῆρες ἑστίας πατρός, Σιγᾶθ', ὅπως μὴ πεύσεταί τις, ὦ τέκνα.

884. πρὸς ὠκύπολλα Ald. Med. πρὸς ὃ καὶ πολλὰ Turn. De constructione *βρίζων ἅμα ἐξήμελξας* vide Matthiæ. Gr. Gr. § 556, 6. et quæ dedi ad Agam. 1616.

885. οὔλλοισιν Ald. Mox εὐτρεφές citat Tzetzes Chil. XII. 808. Sed εὐτραφὲς magis poeticum. Confer notata ad Theb. 296. Lobeck. ad Phrynich. p. 577. Mox de subjunctivo in interrogatione posito vid. supra 82.

887. Schol. μετεσκεύασται ὁ ἐξάγγελος εἰς Πυλάδην, ἵνα μὴ διλέγωσιν. Tyrwhittus in Aristot. Poet. § 10. optime corrigit ἵνα μὴ δ' λέγωσι, *ne quatuor in eadem scena loquantur; "neu quarta loqui persona laboret."* Nempe ἐξάγγελος, qui est οἰκέτης, exit post v. 873. ut Pyladis personam, quam prius gesserat iterum induat. Rem illustravi in Mus. Crit. Cantab. T. II. p. 205.

888. ποῦ δὲ τὰ Ald. Rob. ποῦ δῆτα Turn. ποῦ δαὶ τὰ Steph. quod probet forsan Seidlerus, qui ad Eurip. El. 242. statuit, contra Brunckii et Porsoni sententiam, particulam δαὶ non esse tragicis eximendam. ποῦ δή, τάλαν, τὰ Aurat. ποῦ δὴ τὰ Porson. ποῦ δὲ τὰ παλαιὰ G. Burges. ad Eum. 415. Quid velit istud λοιπά, equidem non perspicio. Legendum suspicor, ποῦ δῆτά σοι τὰ Λοξίου μαντεύματα.

890. παραινεῖσμον Ald.

892. κρέσσ' ὠνηγήσω Ald. κρέσσον' Rob.

ΚΛ. ἐγώ σ' ἔθρεψα, σὺν δὲ γηράναι θέλω.
ΟΡ. πατροκτονοῦσα γὰρ ξυνοικήσεις ἐμοί;
ΚΛ. ἡ Μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.
ΟΡ. καὶ τόνδε τοίνυν Μοῖρ' ἐπόρσυνεν μόρον.
ΚΛ. οὐδὲν σεβίζει γενεθλίους ἀράς, τέκνον;
ΟΡ. τεκοῦσα γάρ μ' ἔῤῥιψας εἰς τὸ δυστυχές.
ΚΛ. οὔτοι σ' ἀπέῤῥιψ' εἰς δόμους δορυξένους.
ΟΡ. διχῶς ἐπράθην, ὢν ἐλευθέρου πατρός.
ΚΛ. ποῦ δῆθ' ὁ τῖμος, ὅντιν' ἀντεδεξάμην;
ΟΡ. αἰσχύνομαί σοι τοῦτ' ὀνειδίσαι σαφῶς.

895. νῦν δὲ γηράναι edd. vet. σὺν δὲ Auratus, et ex illo Stanleius: quam correctionem satis firmat proximus versus. Sic Schutzius. Simonid. de Mul. 86. Φίλη δὲ σὺν φιλεῦντι γηράσκει πόσει. De σὺν a suo verbo per tmesin separata vid. Glossar. in Agam. 569.

896. πατρωκτονοῦσα Ald.

900. τεκοῦσα μ' ἔῤῥιψας ἐπὸ δυστυχὲς Ald. ἐς pro εἰς omnes, et sic in proximo versu.

901. οὔτοι, σ' ἀπέῤῥιψ' Rob. Cum interrogatione legit Porsonus. Sed recte monuit Pauwius supplendum esse πέμψασα, *abjecisse quidem te non recte dicor, quum in hospitis ædes miserim.* Schol. οὐκ ἔστιν ἀποῤῥίψαι, τὸ δορυξένοις ἐνδοῦναι πρὸς ἀνατροφήν. Lege ἐκδοῦναι.

902. αἰσχρῶς ἐπράθην Heath. ἀδίκως Botheus.

903. ποῦδη θ' ὀτιμος ὅντιν' ἀντειδεξάμην Ald. ποῦ δῆθ' ἄτιμος Turn. ποῦ δῆθ' ὅτιμος Rob. "Animadverte a nonnullis grammaticis scribi non τιμός, sed τῖμος, et fortasse melius, retracto accentu in priorem, ut fit in ὦνος et ὠνή." H. Steph. Eustath. in Il. E. p. 563, 25. ἔτι ἰστέον ὅτι ὥσπερ φθογγὴ φθόγγος, χολὴ χόλος, τιμὴ τῖμος, παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ, τὸ τίμημα, ποθὴ πόθος, ὠνὴ ὦνος, βολὴ βόλος, καὶ ἕτερα, οὕτω πύλη πύλος, ἀρσενικῶς. Sed πύλη, ob accentuum diversitatem, non oportuit cum ceteris comparare. Cf. Glossarium.

904. σου Ald. Rob. Turn. Steph. quod Abreschius tuetur, subaudito ἔργον.

ΚΛ. μή. ἀλλ' εἴφ' ὁμοίως καὶ πατρὸς τοῦ σοῦ μάτας.
ΟΡ. μὴ 'λεγχε τὸν πονοῦντ' ἔσω καθημένη.
ΚΛ. ἄλγος γυναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι, τέκνον.
ΟΡ. τρέφει δέ γ' ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω.
ΚΛ. κτενεῖν ἔοικας, ὦ τέκνον, τὴν μητέρα.
ΟΡ. σύ τοι σεαυτήν, οὐκ ἐγώ, κατακτενεῖς.
ΚΛ. ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας.
ΟΡ. τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φύγω, παρεὶς τάδε;
ΚΛ. ἔοικα θρηνεῖν ζῶσα πρὸς τύμβον μάτην.
ΟΡ. πατρὸς γὰρ αἶσα τόνδε σοὐρίζει μόρον.

905. *μή, ἀλλ' εἶφ'* edd. vet. *μή, 'λλ' εἶφ'* Porson. sed quum particula *μή* per se sententiam faciat, *μὴ αἰσχύνου*, et post *μή* plena sit interpunctio, crasis tantum fieri potest, sicut in Aristoph. Ach. 458. *῎Απελθέ νύν μοι.* ΔΙ. *μή· ἀλλά μοι δὸς ἓν μόνον.* Etiam si crasis sit, scribendum erit, sine ecthlipsi, *μή, ἀλλ' εἴφ'.*

906. Quod vulgo scribitur, *μὴ ῎λεγχε*, accentum exhibet, sine syllaba quæ accentu notetur.

907. Confer quæ notavi ad Agam. 834.

908. *δ' ἔγ' ἀνδρὸς* Ald.

911. *φυλάξω* Ald. Turn.

912. *παρειστάδε* Ald. et mox *τύμβον.*

914. *σ' ὁρίζει* edd. vet. *τόνδ' ἐπουρίζει* Hermann. *σ'οὐρίζει* Porson. Sequentia notavit Elmsleius ad Eurip. Med. p. 88. n. "Pervulgata sunt *μαντευομένῳ μοὔχρησεν* et similia, in quibus diphthongi *οι* et *ου* cum vocali *ε* crasin faciunt. Rarius cum *ο*, ut *σοὐρίζει* apud Aeschylum Cho. 927. *σοὔπισθεν* apud Aristophanem Thesm. 165." Porsonus tamen in Aristoph. p. 198. rectius putat *μοι ῎χρησεν.* Ut in crasi *χὠ*, suppresso iota, *α* et *ο* coalescunt in *ω*, sic in *σοι ὁρίζει*, iota penitus eliso, *ο* et *ο* contraherentur in *ου*. Spiritus vero locum non habet, nisi consonans, quæ priorem vocalem præcedit, asperari potest: apostrophi nota duarum vocalium crasin indicat; quare rectius scribitur *χὠ, σοὐρίζει*, quam *χῶ, σοῦριζει.* Sed in hoc loco *σοὐρίζει* est *σοι οὐρίζει*, vid. Glossar. De crasi *τοὐρανοῦ* vid. Porson. ad Aristoph. Pac. 198.

ΚΛ. οἲ 'γὼ' τεκοῦσα τόνδ', ὄφιν ἐθρεψάμην.
ἦ κάρτα μάντις οὑξ ὀνειράτων φόβος.
ΟΡ. ἔκανές γ' ὃν οὐ χρῆν, καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε.
ΧΟ. στένωμεν οὖν καὶ τῶνδε συμφορὰν διπλῆν.
ἐπεὶ δὲ πολλῶν αἱμάτων ἐπήκρισε
τλήμων Ὀρέστης, τοῦθ' ὅμως αἱρούμεθα,
ὀφθαλμὸν οἴκων μὴ πανώλεθρον πεσεῖν.

θούπατος vero pro *τοῦ ἥπατος*, quod vult Seidlerus ad Eurip. El. 823. neutiquam probare possum.

915. "*Transpone, ἐθρεψάμην ὄφιν.*" R. P. Hanc correctionem postea repudiavit Porsonus: vid. Opusc. p. 211. Distinxi autem post *τόνδ'*, nescio an nimis curiose.

916. *ἦ* Ald. Mox *κἂν ἐς γ'* Ald. *κᾆν ἐς γ'* Turn. *κάνες γ'* Rob. *κἄνες* Med. i. e. *ἔκανες*. *ἔκανες γ'* Pauw. *ἔκανες ὃν* vel *ἔκανες τὸν* Hermann. Præf. ad Eurip. Bacch. p. xx.

917. *ὃν οὐ χρῆν*, supplendum *σε κανεῖν*. Agam. 332. *Ἔρως δὲ μή τις πρότερον ἐμπίπτῃ στρατῷ Ποθεῖν ἃ μὴ χρή, κέρδεσιν νικωμένους.* Herodot. III. 52. *ὀργῇ χρεώμενος ἐς τόν σε ἥκιστα ἐχρῆν.* Eurip. Hipp. 1320. *ἀλλὰ θᾶσσον, ἥ σ' ἐχρῆν, Ἀρὰς ἀφῆκας παιδί.* Bacch. 26. *Ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρός, ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν, Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διός.* El. 979. *Ὅστις μ' ἔχρησας μητέρ', ἣν οὐ χρῆν, κτανεῖν.* Iph. A. 487. *Ἀλλ' ἀπολέσας ἀδελφόν, ὅν μ' ἥκιστ' ἐχρῆν.* Neophron apud Stob. XX. p. 107. *καὶ παρημελημένην Πρὸς ὧν ἐχρῆν ἥκιστα.* Alexis in Excerptis Grotii p. 561. *Λάβε, καὶ μὴ παῖζ', οὓς οὐ δεῖ.* Plato Crit. 11. *πότερον κακῶς τινας ποιοῦμεν, καὶ ταῦτα οὓς ἥκιστα δεῖ, ἢ οὔ;* (Plenius Euripides in Med. 507. *οὓς δέ μ' οὐκ ἐχρῆν κακῶς Δρᾷν, σοὶ χάριν φέρουσα, πολεμίους ἔχω.*) Antipho in Oratt. Gr. ed. Reisk. VII. p. 616. *ἀθέως καὶ ἀκλεῶς πρὸ τῆς εἱμαρμένης, ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν, τὸν βίον ἐκλιπών.* Isocrates ad Nicocl. p. 22. *τοὺς μὲν ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν διεφθαρμένης.* Postrema duo comparavit Wasse. ad Sallust. p. 269. *fratri, quem minime decuit, propinquus per scelus vitam eripuit.*

918. *στένω μὲν* Ald. Rob. quod nescio an non sit repudiandum. Mox *τόνδε* Ald. qui hunc versum tribuit Oresti.

920. *αἰτούμεθα* Musgrav. *ἀρώμεθα* Hermann. De vera lectione dubito.

ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ, στρ.
βαρύδικος Ποινά·
ἔμολε δ᾽ εἰς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος
διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης.
ἔλαχε δ᾽ εἰς τὸ πᾶν
ὁ Πυθοχρήστας φυγάς,
θεόθεν εὖ φραδαῖσιν ὡρμημένος.
ἐπολολύξατ᾽, ὦ, δεσποσύνων δόμων

922. Malim δίκᾳ, displicet enim appositio, δίκα, βαρύδικος ποινά. Sed vide antistropham.

923. καρύδικος Ald. Rob. καρίδικος Turn. βαρύδικος Steph.

925. δίπους Stanl. quod tamen cum Ἄρης conjungi non posse, monet Schutzius. Schol. διπλοῦς λέων: οἱ περὶ Ὀρέστην καὶ Πυλάδην. Hoc tamen non nimis apte cohæret cum iis quæ dixerat Chorus in v. 854. Τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος Δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὀρέστης Ἅψειν. Comparari autem debet Eurip. Or. 1397. Ἦλθον εἰς δόμους, ἵν᾽ αὔθ᾽ ἕκαστά σοι λέγω, | λέοντες Ἕλλανες δύο διδύμω.

926. ἔλακε δ᾽ ἐτὸ πᾶν Ald. ἔλακε δὲ τὸ πᾶν Turn. ἔλακε δ᾽ ἐς τὸ πᾶν Rob. ἔλασε Pauwius ex Scholiis: ἤλασε δ᾽ εἰς τὸ τέλος τοῦ δρόμου. ὅ ἐστιν, ἤνυσε τὸν ἀγῶνα. ἀφίκετο, φησίν, εἰς τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος. Atqui formula ἐς τὸ πᾶν non significat εἰς τὸ τέλος, sed *omnino*: vid. Glossar. ad 672. Matthiæ. Obss. Crit. p. 5. sic explicat, ὁ Πυθοχρήστας, sc. Apollo, ἔλακε φυγάς, *fugam denuntiavit*. ἔλαχε δὴ τὸ πᾶν Schutzius. Atque ἔλαχε recipiendum putavi.

927. Quum Πυθοχρήστης sit activa forma, Butlerus mavult Πυθόχρηστος, ut supra 888. Equidem nihil mutavi, quum de interpretatione dubitem.

928. ἐφραδαῖσιν Ald. ἀφραδαῖσιν Rob. δὲ φραδαῖσιν Turn. ἐν φραδαῖσιν Pors. εὐφραδαῖσιν Med. unde εὖ φραδαῖσιν Hermann. probante Seidlero de Verss. Dochm. p. 89. qui etiam cum Schutzio plene distinguit post ὡρμημένος, non sicut ceteri, post φυγάς. ὡρμυμένος Ald.

929. Sic optime Seidlerus l. c. pro vulgato ἐπολολυξάτω, collatis Eurip. Tro. 335. βοάσατ᾽ εὖ τὸν Ὑμέναιον, ὦ, μακαρίαις ἀοιδαῖς. Phœn. 302. ἔβας, ὦ, χρόνῳ γᾶν πατρῴαν. et Sophocl. Trach. 205. ἀνολολύξατε, δόμοι, ἐφεστίοις | ἀλαλαγαῖς.

ἀναφυγὰς κακῶν, καὶ κτεάνων τριβᾶς
ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν,
δυσοίμου τύχας.
ἔμολε δ', ᾇ μέλει κρυπταδίου μάχας, ἀντ.
δολιόφρων Ποινά.
ἔθιγε δὴ μάχας χερὸς ἐτητύμως
Διὸς κόρα—Δίκαν δέ νιν
προσαγορεύομεν
βροτοὶ τυχόντες καλῶς—
ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον·

930. *τριβὰς* edd. vet. sed genitivum *τριβᾶς* recte posuit Schutzius; *effugium malorum et direptionis bonorum, a duobus sceleratis factæ.* Tum vero *δυσοίμου τύχας* appositio erit; non autem, quod voluit Schutzius, genitivus post *μιαστόροιν*.

931. *ὑπαὶ* Hermann. Schutz. Butlero probante. *μιαιστόροιν* Ald. Rob. Turn.

933. *ἔμολε δ' ᾧ* edd. *δ' ᾇ* Aurat. Stanl. Scholiastes interpretatur *τῷ Αἰγίσθῳ ἔμολε, τῷ ἀποκτείναντι δόλῳ τὸν Ἀγαμέμνονα.* Sed manifestum est Pœnam esse, *ᾇ μέλει κρυπταδίου μάχας*.

935. *ἔθιγε δὲ μάλα* Ald. Turn. *δὲ μάχα* Rob. *δὲ μάχᾳ* Steph. *δὴ μάχᾳ* Porson. Schutz. *δὲ μαχαίρας* Aurat. Stanl. (Schol. *ἡ δὲ Διὸς θυγατὴρ ἡ Δίκη πάρεστιν ἐν τῇ πρὸς Αἴγισθον μάχῃ καὶ ἐφήψατο τοῦ ξίφους.*) *δ' ἐν μάχᾳ* Pauw. Hermann. Equidem correxi *μάχας*, *iniit pugnam cominus*. Mox *ἐτητύμως* Scaliger, reliqui omnes *ἐτήτυμος*.

936. *κόρας* Rob. *κούρα* Turn. Steph.

939. *ὀλεύθριον* Ald. *πνέουσα ἐν* Rob. sed in erratis corrigitur *πνέουσαν ἐν*. Præpositionem deletam volunt Aurat. Port. *ἐπ' ἐχθροῖς* Hermann. Schutz. Hunc versum advocat Lobeckius ad Sophocl. Aj. 1300. ubi de voce *ἐνστάτης* pro *ἀντιστάτης* agit; citat etiam Orum apud Etym. M. p. 625, 24. *τὴν γὰρ ἐν πρόθεσιν ἀντὶ τῆς ἀντὶ εὑρίσκει.* Ad ejusdem fabulæ v. 1111. *Εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ*, Musgravius confert 366. *Ἐν ἀφόβοις με θηρσὶ δεινὸν χέρας.* 1332. *Καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς.*

τάνπερ ὁ Λοξίας, ὁ Παρνάσιος,
μέγαν ἔχων μυχὸν χθόνος ἐπ' † ὄχθει,
† ἄξεν ἀδόλως δολίαν
βλαπτομέναν † ἐν χρόνοις
† θεῖσαν ἐποίχεται.
κρατεῖ δέ πως τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ ἐπῳδός
ὑπουργεῖν κακοῖς. 946
ἄξιον οὐρανοῦχον ἀρχὰν σέβειν.
πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν· μέγα δ' ἀφῃρέθη
ψάλιον οἴκων.

940. τάπερ edd. Schol. τάπερ: ἀντὶ τοῦ καθάπερ. τᾷπερ Schutz. τάνπερ Hermann. *Clytæmnestram* scilicet. Totum autem locum sic refingit, μέγαν ἔχων μυχὸν χθονός, ἐπαξίως | δόλια βλαπτομέναν χρονι | σθεῖσαν ἐποίχεται. Mox παρνάσσιος edd. ante Porsonianam. Quid sit mutandum, quid omittendum, ut hi versus cum strophicis congruant, et sensum satis aptum fundant, equidem ne conjicere quidem possum. Locum sagacioribus commendo.

942. δολίας Med. ᾆσεν pro ἄξεν Portus; ἄξεν' Stanl.

945. κρατεῖταί πως edd. κρατεῖ δέ πως Portus, Stanleius. κρατεῖ τέ πως aliquis in Marg. Ask. probante Elmsleio ad Eurip. Med. p. 86. n. qui monet metrum idem esse hujus versus ac 957. τὸ πᾶν ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομένοις. Omnino falsa est Scholiastæ interpretatio; συμβάλλεται οὖν τὸ θεῖον τοῖς μὴ ὑπουργοῦσιν τοῖς κακοῖς, nec melius, ut opinor, Stanleius, *firmiter statuit Deus non opitulari malis.* Recte vero Heathius, *Imperium obtinet quodammodo divinitas ex eo quod malis operam non præstat.* Voces παρὰ τὸ μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς Butlerus pedestrem interpretis orationem sapere arbitratur.

947. ἄξιον δ' edd. ἄξια δ' Hermann. ἄξιον Bothe.

948. παράτε φῶς Ald. πάρα τε φῶς εἰδεῖν Rob. Dein μέγαν τ' Ald. Rob. Turn. Steph. μέγα γ' Port. μέγα δ' Porson. ἀφῃρέθην edd. quod per se quidem stare potest; sed quum Chori non essent οἶκοι, loqui vix potuit in prima persona. ἀφῃρέθη vel ἀφῃρέθης Stanl.

ἄνα γε μάν, δόμοι· πολὺν ἄγαν χρόνον
χαμαιπετεῖς ἔκεισθ' ἀεί.
τάχα δὲ παντελὴς χορὸς ἀμείψεται
πρόθυρα δωμάτων, ὅταν ἀφ' ἑστίας
μύσος πᾶν ἐλάσῃ καθαρμοῖς
ἄπαν ἐλατήριον, τύχῃ δ'
εὐπροσώπῳ κοίτᾳ
τὸ πᾶν ἰδεῖν ἀκοῦσαί τε θρεομένοις.
μέτοικοι δόμων πεσοῦνται πάλιν.
πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.

950. *ἄναγε μὰν δόμοις* Ald. Rob. Steph. (sed *ἀναγε* Ald.) *ἀνὰ γεμὰν* Turn. *ἀνεχόμαν* Port. Elmsleius ad Eurip. Med. p. 86. n. conjicit *ἄναγ' ἐμὰν δόμοις* (*πολὺν ἄγαν χρόνον* | *χαμαιπετὴς ἔκειθ'*) *ἰάν*. Sed quemnam, obsecro, compellat Chorus, *tolle meam vocem?* Quod dedi, certissimum puto: *Quin resurgite;* Homer. Il. Σ. 179. *'Αλλ' ἄνα, μηδ' ἔτι κεῖσο.* Heathius, qui *ἄνα* pro *ἀναστῆθι* (*ἀναστῆτε*) positum recte judicat, confert Sophocl. Aj. 194. *'Αλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων.* Particulæ *γε μὴν* cum imperativo recte junguntur: Sophocl. Oed. C. 587. *"Ορα γε μήν· οὐ σμικρὸς οὖν ἁ'γων ὅδε.* Mox *πολλὺν* Ald. *πλὴν* Rob.

951. *χαμαιπετεῖσε κεῖσθ' ἀεὶ,* Ald. Rob. (nisi quod hic *κεῖθ'*) et sic Med. *χαμαιπετῆ σε κεῖσθ' ἀεί* Turnebus et recentiores.

952. *χρόνος* edd. *χορὸς* Elmsleius. l. c. Vid. Bast. Comm. Pal. p. 849. de harum vocum confusione.

953. *ὅτ' ἂν* Ald. Rob. Elmsleius.

954. *μῦσος* edd. ante Porson. *ἐλάσει* Med. *καθαρμὸς* Big. Stanl. *καθαρμοῦ* Musgr.

955. *ἄτας ἐλατήριος* Stanl. *ἀτᾶν ἐλατηρίοις* Schutz. *ἄπαν ἐλατήριον* est, *omne remedium quod ad purgandum utile est.* Dein *τύχα* edd. *τάχα* Aurat. Stanl. Dedi *τύχῃ.* sc. *ὅταν τύχῃ.* Hermannus vero apud Erfurdtium ad Sophocl. Oed. T. 190. locum sic constituit, *τύχᾳ δ' εὐπροσωποκοίτῳ τὸ πᾶν* | *ἰδεῖν κλύειν τ' ἀρθμίοις* | *μέτοικοι δόμων πεσοῦνται πάλιν.*

957. *τε* deest in libris. Vocem *θρεομένοις* corruptam judico.

958. *μετ' οἰκοδόμων* Ald. Turn. *μετοικοδόμων* Rob. Steph. et re-

ΟΡ. ἴδεσθε χώρας τὴν διπλῆν τυραννίδα,
πατροκτόνους τε δωμάτων πορθήτορας.
σεμνοὶ μὲν ἦσαν ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι,
φίλοι δὲ καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη
πάρεστιν, ὅρκος τ' ἐμμένει πιστώμασι.
ξυνώμοσαν μὲν θάνατον ἀθλίῳ πατρί,
καὶ ξυνθανεῖσθαι· καὶ τάδ' εὐόρκως ἔχει.
ἴδεσθε δ' αὖτε, τῶνδ' ἐπήκοοι κακῶν,
τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρί,
πέδας τε χειροῖν, καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα.
ἐκτείνατ' αὐτό, καὶ κύκλῳ παρασταδὸν
στέγαστρον ἀνδρὸς δείξαθ', ὡς ἴδῃ πατήρ,

centiores. μετ' οἰκονόμων Musgrav. μέτοικοι δόμων Scaliger. Hermann. et sic legebat Scholiasta; οἱ νῦν τοὺς δόμους οἰκοῦντες πεσοῦνται εἰς τὸ ἔμπαλιν τῆς πρώτης τύχης. τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν κύβων μετήγαγε. Dein πεσεῖται Portus. Ceterum pene suspicor hunc versum et 959. in hunc locum male detrusos esse, quum propria eorum sedes fuerit post 947.

960. Musgravius confert Libanium T. I. p. 507. C. ἄλλαι τυραννίδες Ἔχετοι καὶ Φαλάριδες. Bene autem observavit Scholiasta; ἀνοίγεται ἡ σκηνή, καὶ ἐπὶ ἐγκυκλήματος ὁρᾶται τὰ σώματα· ἃ λέγει διπλῆν τυραννίδα.

962. ποθ' Bigot. Stanl. minus bene. Recte opponuntur τότε—νῦν. *olim—nunc*. Vide ad Agam. 1387.

963. φίλοι τε edd. φίλοι δὲ Abresch. ob μὲν præcedens.

965. ἀθλίως Ald. Rob. Turn. Steph. ἀθλίῳ Port. Stanl. Porson. ut in 968.

966. ξὺν θανεῖσθαι Ald. et τάδε ὅρκως.

967. An legendum αὐτό, sc. αὐτὸ τὸ μηχάνημα?

969. χερσὶ Turn.

970. αὐτὸν omnes libri. αὐτὸ Aurat.

971. ἀνδρῶν Ald. Turn. Steph. Porson. ἀνδρὸς Rob. Med. Pauw. Heath. δείξασθ' Rob. ἴδοι Ald. Turn. Steph. ἴδῃ Rob. Med. Porson.

οὐχ οὑμός, ἀλλ' ὁ πάντ' ἐποπτεύων τάδε,
Ἥλιος, ἄναγνα μητρὸς ἔργα τῆς ἐμῆς·
ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς ἐν δίκῃ ποτέ,
ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον,
τὸν μητρός, Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον·
ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος, δίκην.
ἥτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος,
ἐξ οὗ τέκνων ἤνεγχ' ὑπὸ ζώνην βάρος,
φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρόν, ὡς φαίνει, κακόν,
τί σοι δοκεῖ; μύραινά γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ,

972. οὐχ ὁμὸς Ald. οὐχ' ὑμὸς Rob. οὐχ οὑμὸς Turn.

973. ματρὸς Ald. Turn. ἔργ' οὐ τῆς ἐμῆς G. Burges. ad Eum. 594.

974. Schol. ἐν δίκῃ: ἐν τῇ κρίσει τῶν Ἐρινύων.

976. ψέγω Ald. Rob.

977. ὡς omittit Rob. νόμου edd. vet. αἰσχυντῆρος, ὡς νόμου, δίκην Porson. ὡς νόμος Canterus et Portus, quod probavit Heathius, edidit Botheus. Et sic quidem editio prima Glasguensis.

979. ἐκ σοῦ Ald. Turn. ἠνέχῃ Ald. Rob.

980. Vulgo interpungitur minima distinctione post φαίνει, plena autem post κακόν. quod mutandum monent Hermannus et Butlerus. φαίνει κακὸν, G. Burges. ad Eum. 619. Alia, quæ ibidem protulit, serio dicta fuisse ægre crediderim.

981. μύραινά γ' ἢ ἔχιδν' Ald. Turn. μύραινάτ' ἤτ' ἔχιδν' Rob. Hermannus versum sic legit, Οὔ σοι δοκεῖ, μύραινά γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ; ultimam hujus correctionis partem "nescio," inquit Dobræus, "an olim probaverit Porsonus. Repetendum scilicet δοκεῖ ante σήπειν ἄν, ut sibi respondeat Orestes; cujus rei indicium est γε." Aristophanic. p. (107.) Equidem legendum conjicio, μύραινά γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ Σήπειν θιγοῦσα μᾶλλον οὐ δεδηγμένον, *num muræna, seu vipera, magis a natura composita est ad tabefaciendum aliquem sine morsu?* Tum σήπειν erit infinitivus post ἔφυ, ut in Theodecte apud Stob. XXXII. p. 139. Gr. Ἅπαντ' ἐν ἀνθρώποισι γηράσκειν ἔφυ, et in



σήπειν θιγοῦσ' ἂν ἄλλον, οὐ δεδηγμένον,
τόλμης ἕκατι κἀδίκου φρονήματος;
τί νιν προσείπω, καὶ τύχω μάλ' εὐστομῶν;
ἄγρευμα θηρός, ἢ νεκροῦ ποδένδυτον
δροίτης κατασκήνωμα; δίκτυον μὲν οὖν,
ἄρκυν δ' ἂν εἴποις, καὶ ποδιστῆρας πέπλους.
τοιοῦτον ἂν κτήσαιτο φηλήτης ἀνήρ,
ξένων ἀπαιόλημα, κἀργυροστερῆ
βίον νομίζων· τῷδέ τ' ἂν δολώματι

nota formula χαίρειν πέφυκεν, et similibus.

982. θίγουσαν ἄλλον Ald. Friget, meo quidem judicio, istud ἄλλον. ἄνουλον Portus, ἄνουτον marg. Ask. Bene autem observavit Scholiasta in hoc loco hyperbolam esse, ὅτι καὶ τὸν μὴ δηχθέντα, ἀλλὰ μόνον ἁψαμένην, σήπει. Dedi autem θιγοῦσ' pro vulgato θίγουσ'. Nemo hodie ignorat ἔθιγον aoristum esse, θιγγάνω autem præsens tempus.

983. κἀνδίκου Ald. κᾀνδίκου Rob.

984. κἂν τύχω edd. ante Porson. καὶ Portus. κἂν tuetur G.Burgesius. Rectum est sine dubio καὶ τύχω, *Quo nomine hoc compellabo, et simul a vero nomine non aberrabo?* Vid. Glossar. in Agam. 1203. Monk. ad Eurip. Hipp. 828.

986. δρυοίτης Ald. δρύτης Rob. δροίτης Turn. Conf. Glossarium in Agam. 1518. Quod Attici δρύτη, Boeoti δροίτη dixissent: vid. Mus. Crit. Cant. T. II. p. 582. et forsan ex varietate dialectorum orta sit orthographiæ confusio. Dein Ald. κατὰ σκήνωμα. Schol. δρύτης κατασκήνωμα: παραπέτασμα ὄρους. Corrigit Stanleius παραπέτασμα σόρου.

987. ἄρην Rob. Mox ποδιτῆρας Ald.

988. τοιοῦτο μ' ἂν Ald. τοιοῦτο μὰν Rob. φιλήτης edd. omnes. φηλήτης Scaliger. Hesiod. Op. 373. Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσι. ubi docta quædam notavit Gaisfordius de vera hujus vocis orthographia. Vid. Glossar. in Agam. 476. Dein αρὴρ Rob. et mox ξένον.

990. νομίζω Ald. νομίζοι Rob. et mox τῷδε τἀνδολώματι. Dubito an scribendum τῷδε τἂν, pro τῷδέ τοι ἄν.

πολλοὺς ἀναιρῶν, πολλὰ θερμαίνοι φρένα.
τοιάδε μοι ξύνοικος ἐν δόμοισι μὴ
γένοιτ᾽· ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπαις.

ΧΟ. αἴ, αἴ, αἴ, αἴ, μελέων ἔργων.
στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθης.
μίμνοντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ.

ΟΡ. ἔδρασεν, ἢ οὐκ ἔδρασε; μαρτυρεῖ δέ μοι
φᾶρος τόδ᾽, ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος.
φόνου δὲ κηκὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται,
πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος.
νῦν αὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμώζω παρών·

991. *θερμαίνει* Ald. *φρένα* pro vulgato *φρενί* reposui ex Lobeckii correctione ad Sophocl. Aj. p. 302.

992. *τοιᾶ δ᾽ ἐμοὶ* Rob. *τοῖαδε μοι* Ald. Mox *πρόσθ᾽ ἐκ* Ald. Rob.

994. *αἶ, αἶ,* bis tantum libri; quæ recte geminavit Botheus. Sic antithetico suo 1005 respondet versus. Vulgo inseritur *ἒ, ἒ,* ante v. 996. quod nihil aliud est quam *αἶ, αἶ,* ex hoc versu detrusum.

995. *θανάτωχε πράχθης* Ald. Musgravius locum sic constituerat; *αἴ, αἴ, μελέων ἔργων στυγεροί,* | *στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθησαν.* Aliter Hermannus; *αἴ, αἴ,* | *μελέων ἔργων στυγερῷ θανάτῳ,* | *διεπράχθης, ἔ, ἔ.*

996. Vulgo *ἒ, ἒ, μίμνοντι κ.τ.λ.* vide supra ad v. 994.

997. *ἢ οὐκ ἔδρασεν* Ald. Rob. Hanc *ῥῆσιν* Oresti vindicavit Heathius; in edd. vet. Choro adsignatur.

998. *φάρος* Porson. Sed vid. v. 9. Mox *Αἰγίσθῳ* Portus, Stanleius.

999. *κικὶς* Ald. Med.

1000. *βαφὰς* omisit Rob.

1001. Hermannus legit *αὐτὸν,* pro *ἐμαυτόν,* quod non usurpabant Græci, etsi dixerunt *αὐτοὺς* pro *ἡμᾶς αὐτούς,* vid. Elmsl. ad Eurip. Bacch. 722. Omnino languere videtur *παρών.* Robortellus *παρόν.* Butlerus probat Schutzii conjecturam *νῦν αὖ τόδ᾽* (vel *τάδ᾽*) *αἰνῶ.* Nescio an præstaret *νῦν ταὐτὸν*

πατροκτόνον θ' ὕφασμα προσφωνῶν τόδε,
ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν,
ἄζηλα νίκης τῆσδ' ἔχων μιάσματα.
ΧΟ. *οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον*
διὰ παντὸς ἄτιμος ἀμείψει.
μόχθων δ' ὁ μὲν αὐτίχ', ὁ δ' ἥξει.
ΟΡ. *ἀλλ', ὡς ἂν εἰδῇς, τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅποι τελεῖ.*
ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστροφῶ δρόμου
ἐξωτέρω· φέρουσι γὰρ νικώμενον

αἰνῶ, νῦν ἀποιμώζω παρόν. Botheus *πόρον*, sed melius esset *μόρον*. Cf. Agam. 320.

1002. *πρὸς φωνῶν* Ald.

1004. *νίκας* Ald. Turn. *ἔχο* Ald. *ἔχω* Turn. *ἔχον* conj. Stanleius.

1006. *διαπάγτ' ἄτιμος* Ald. *διὰ πάντ'* Rob. Turn. recentiores. *διὰ παντὸς* Heath. quod verissimum puto: vid. Glossarium. Mox *ἀμείψαι* Bothe. *ἀμείψεται* ceteri. *διαμείψεται, ὦ τέκνον· ἐς μόχθον* Hermann.

1007. *ἐς μόχθον δ' ὁ μὲν αὐτίχ' ὅδ' εἴξαι* Ald. *ἐς μόχθον δ' ὁ μὲν αὐτίχ' ὁ δ' ἧξεν* Rob. et sic Turn. nisi quod *ἥξει* exhibet. Recentiores Robortellum secuti sunt. *ἥξει* Heathius. Emendatio nostra satis facilis locum multo expeditiorem reddidit. *ἐς* deleri jubet L. Theobaldus.

1008. *ἄλλος ἂν εἰδῇ* Ald. Med. *ἄλλος ἂν εἰδῇ* Rob. *ἄλλος γ' ἂν εἰδῇ* Turn. et recentiores. *ἄλλος τάδ' εἴδῃ* Hermann. Audacter rescripsi *ἀλλ', ὡς ἂν εἰδῇς*. Eurip. Or. 527. *Ὡς οὖν ἂν εἰδῇς, Μενέλεως, τοῖσιν θεοῖς Μὴ πράσσ' ἐναντί', ὠφελεῖν τοῦτον θέλων.* Phœn. 1011. *Ὡς οὖν ἂν εἰδῆτ', εἶμι, καὶ σώσω πόλιν.* Plenius in Iph. A. 1435. *Ὡς οὖν ἂν εἰδῇς τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα, Ἐλθὼν τάδ' ὅπλα θήσομαι βωμοῦ πέλας.* Aristoph. Plut. 112. *Σὺ δ', ὡς ἂν εἰδῇς, ὅσα παρ' ἡμῖν, ἢν μένῃς, Γενήσετ' ἀγαθά, πρόσεχε τὸν νοῦν, ἵνα πύθῃ.* Supra 433. *Ἐμασχαλίσθη δ', ὡς τόδ' εἰδῇς.* Mox *τοῦτ' ἄρ' οἱ δ'* Rob. *ὅπῃ* omnes: vid. Gloss.

1009. *ξυνίπποις* Ald. *ἡνιοστρόφου* Rob. *ἡνιοστρόφου* Ald. Turn. *ἡνιοστρόφος* Portus. *ἡνιοστροφῶ* Stanleius, quod cum Schutzio et Butlero recipiendum judicavi.

φρένες δύσαρκτοι· πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος
ᾄδειν ἕτοιμος ἠδ' ὑπορχεῖσθαι κότῳ.
ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμί, κηρύσσω φίλοις,
κτανεῖν τε φημὶ μητέρ' οὐκ ἄνευ δίκης,
πατροκτόνον μίασμα, καὶ θεῶν στύγος.
καὶ φίλτρα τόλμης τῆσδε πλειστηρίζομαι
τὸν Πυθόμαντιν Λοξίαν, χρήσαντ' ἐμοί,
πράξαντα μὲν ταῦτ', ἐκτὸς αἰτίας κακῆς
εἶναι· παρέντι δ' οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν·
τόξῳ γὰρ οὔτις πημάτων ἐφίξεται.
καὶ νῦν ὁρᾶτέ μ', ὡς παρεσκευασμένος
ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει, προσίξομαι
μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα, Λοξίου πέδον,

1012. ἄδειν Ald. ἅδειν Rob. Burgesii tentamina ad Eum. 403. sciens prætereo. ἕτοιμος omnes; sed forsan præstet ἑτοῖμος. vid. ad Agam. 764. Dein ὑπ' ὀρχῦσθαι Ald. Ingeniose autem locum refinxit Schutzius; πρὸς δὲ καρδίᾳ κότος Ἄϊδειν ἕτοιμος, ἡ δ' ὑπορχεῖσθαι φόβῳ. Sic v. 161. ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ. Prom. 906. Κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει. Sed quum vulgata sensum haud ineptum fundant, nihil mutavi.

1013. ἕως δέ τ' Ald.

1015. Sic recte distinxit Pauwius. Editiones veteres, et Glasguensis, plene interpungunt post δίκης, leviter tantum post στύγος. Schol. πατροκτόνον: τὴν μητέρα.

1017. χρηδ' ἀντ' ἐμοί Ald.

1018. πράξαντι—παρέντι edd. πράξαντα et παρέντα Portus: et παρέντα quidem præbet Robortellus; παρόντα Ald. De constructione χρήσαντ' ἐμοὶ πράξαντα vide notata ad Agam. 1022. Supra ad v. 404.

1020. τόξων Ald. Pro vulgato προσίξεται, quod cum genitivo conjunctum displicet, Schutzius ἐφίξεται. Scribæ oculum fefellit προσίξομαι in v. 1022.

1021. ὁρᾶτα μ' ὡς παρασκευασμένος Ald. et mox μετόμφαλοι.

1023. Comma post ἵδρυμα recte posuit Pauwius. Hunc versum

πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον,
φεύγων τόδ' αἷμα κοινόν; οὐδ' ἐφ' ἑστίαν
ἄλλην τραπέσθαι Λοξίας ἐφίετο.
καὶ μαρτυρεῖν μὲν ὡς ἐπορσύνθη κακὰ
τάδ' ἐν χρόνῳ μοι, πάντας Ἀργείους λέγω.
ἐγὼ δ' ἀλήτης, τῆσδε γῆς ἀπόξενος,
ζῶν, καὶ τεθνηκὼς τάσδε κληδόνας λιπών—
ΧΟ. ἀλλ' εὖ γε πράξας μήτ' ἐπιζευχθῇς στόμα

contulit Dobræus ad Aristoph. Plut. 772. cum Eurip. Andr. 1086. τὸ κλεινὸν ἤλθομεν Φοίβου πέδον. Iph. T. 972. ἐς ἁγνὸν ἦλθον αὖ Φοίβου πέδον.

Ibid. ἐφέστιον Ald. Rob. Med.

1025. φεύγοιντο δ' Ald. φεύγειν τοδ' Turn. et recentiores: φεύγων τόδ' Rob. Med. quod jure probavit Butlerus. Eurip. Suppl. 147. Ἦλθον δὲ δὴ πῶς πατρίδος ἐκλιπόνθ' ὅρους; ΑΔ. Τυδεὺς μέν, αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός. Hipp. 35. Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα, Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν.

1027. 8. Vulgo inverso ordine leguntur hi versus; Τὰ δ' ἐν χρόνῳ μοι, πάντας Ἀργείους λέγω, Καὶ μαρτυρεῖν μὲν ὡς ἐπορσύνθη κακά, quæ alii aliter tentarunt. Transpositionem adhibendo, constructionem satis expeditam reddidi. Sed quum Aldus habeat καὶ μαρτυρεῖν μοι μενέλεως ἐπορσύνθη κακά, Robortellus μενελέας, (in erratis corr. ὅσ') Turnebus et Stephanus καὶ μαρτυρεῖν μοι, λεὼς, vide an legendum sit, καὶ μαρτυρεῖ λεώς, ὡς ἐπορσύνθη κακὰ Τάδ' ἐν χρόνῳ μοι, πάντας Ἀργείους λέγω.

1029. 30. Non video qua ratione expediri possit constructio, nisi aposiopesin post λιπών fingas. Ita Schutzius et Butlerus. Jacobsius ad Anthol. Palat. p. 334. conjicit, ἐγῷδ' ἀλήτης. Stanleius contulit Agam. 1253. Φυγὰς δ' ἀλήτης, τῆσδε γῆς ἀπόξενος. Cum v. 1030. comparari potest Sophocl. El. 985. Ζώσαιν θανούσαιν θ' ὥστε μὴ 'κλιπεῖν κλέος.

1031. εὖτε edd. vet. εὖ τ' ἔπραξας Heath. εὖγε Portus, Stanleius, et Porsonus. μὴ δ' Ald. Rob. Turn. μήτ' hic et in proximo versu Porson. Dein ἐπιζεύχθη Ald. Rob. ἐπιζευχθῇ Turn. Steph. ἐπιζευχθῶ Scalig. quia nempe in libris hi versus Oresti adsignantur. ἐπιζευχθῇς Heath. Porson. Hanc ῥῆσιν ad Chorum pertinere monuit Heathius.

φήμαις πονηραῖς, μήτ' ἐπιγλωσσῶ κακά.
ἠλευθέρωσας πᾶσαν Ἀργείων πόλιν,
δυοῖν δρακόντοιν εὐπετῶς τεμὼν κάρα.
ΟΡ. ἆ, ἆ. δμωαὶ γυναῖκες, αἵδε, Γοργόνων δίκην,
φαιωχίτωνες, καὶ πεπλεκτανημέναι
πυκνοῖς δράκουσιν. οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.
ΧΟ. τίνες σε δόξαι, φίλτατ' ἀνθρώπων πατρί,
στροβοῦσιν; ἴσχε, μὴ φοβοῦ, νικῶν πολύ.

1032. φῆμαι πονηραὶ edd. vet. φήμαις πονηραῖς Aurat. Scalig. Stanl. Porson. Mox ἐπιγλώσσω Ald. Turn. ἐπιγλωσσῇ Aurat.

1033. ἐλευθερώσας omnes. Ἀργείαν Porson. Ἀργείην reliquæ edd. Ἀργείων Portus.

1036. Ita Turnebus et Stephanus. Aldus vero et Robortellus φαιοχίτωνες. Alios trochæos in principio senarii stantes notavit Priscianus p. 1328. laudatus ad Theb. 484. nempe Ἱππο | μέδοντος et Ἀλφε | σίβοιαν. Qui tamen, si incorrupti sunt, trochæum in φαιοχίτωνες non tuentur: hanc enim licentiam si sumebant tragici, sumebant in propriis tantum nominibus: vide Hermanni El. Doctr. Metr. p. 43. qui tamen olim in hoc loco pronuntiandum censuit φαιοκχίτωνες. Contra analogiam peccat compositum φαιωχίτων. G. Burgesii ἀεριχίτωνες non capio. Æschylus fortasse scripsit μελαγχίτωνας, Grammaticus autem qui noverit Eumenidum vestes non nigras fuisse, sed pullas, (vid. Glossar.) notare potuit, ἤγουν φαιοχίτωνας. Botheus legit φαιαὶ χιτῶνας. Debuit φαιοί.

1037. πυκνοὺς Ald. et mox οὐκ ἔτ' ἀμείνοιμ'. Robortellus ἀμμείνοιμ'.

1038. πάτρας Hermannus, *quæ te simulacra patria exturbant?* Sed recte monet Butlerus, idcirco patris mentionem injecisse Chorum, ut animum Orestis a contemplatione maternæ cædis ad paternas injurias revocaret. Nempe vertendum puto φίλτατε πατρί, *patris amantissime*, qui te patri amicissimum ostendisti.

1039. στροβᾶσιν Ald. Mox μὴ φόβου νικῶ πολῦ, Porsonus, probante Hermanno: quod mihi quidem durissimum videtur; etsi satis scio νικῶμαι cum genitivo recte construi; et adduci posse Eumen. 88. μὴ φόβος σε νικάτω φρένας. G.

ΟΡ. *οὐκ εἰσὶ δόξαι τῶνδε πημάτων ἐμοί·*
σαφῶς γὰρ αἵδε μητρὸς ἔγκοτοι κύνες.
ΧΟ. *ποταίνιον γὰρ αἷμά σοι χεροῖν ἔτι·*
ἐκ τῶνδέ τοι ταραγμὸς εἰς φρένας πίτνει.
ΟΡ. *ἄναξ Ἄπολλον, αἵδε πληθύουσι δή·*
κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.
ΧΟ. *εἰσὶν καθαρμοί· Λοξίου δὲ προσθιγών,*
ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει.
ΟΡ. *ὑμεῖς μὲν οὐχ ὁρᾶτε τάσδ', ἐγὼ δ' ὁρῶ·*
ἐλαύνομαι δέ, κοὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.
ΧΟ. *ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σ' ἐποπτεύων πρόφρων*

Burgesius vero scribit *ἴσχε, μὴ φόβῳ νικῶ, πόδα.*

1040. *οὐκ εἰὰ* Ald. *οὐκ, εἴα, δόξαι* Turn.

1042. *ἔπι* Stanleius, probante Butlero.

1043. *ἐς* omnes.

1044. *πληθύουσαι* Ald. Rob. Med.

1046. *εἰσ' ὁ καθαρμὸς* Ald. *εἰς σ' ὁ καθαρμὸς* Rob. *εἴσω καθαρμός* Turn. Steph. Porson. *ἐστὶν καθαρμός* Schutz. ut in Agam. 931. *Ἔστὶν θάλασσα.* Adjici potuit Eurip. Hipp. 480. *Εἰσὶν δ' ἐπῳδαί, καὶ λόγοι θελκτήριοι. Φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.* Elmsleius ad Sophocl. Œd. T. 60. corrigit *ἔσται καθαρμός,* sicut ediderat Botheus. Sed præstat, ut opinor, *εἰσὶν καθαρμοί.* Supra v. 954. dicitur *καθαρμοῖς* in plurali. Eum. 276. *Ἐγώ, διδαχθεὶς ἐν κακοῖς, ἐπίσταμαι Πολλοὺς καθαρμούς.* 282. *Ποταίνιον γὰρ ὄν, πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.* Theb. 735. *Τίς ἂν καθαρμοὺς πόροι;*

Ibid. *Λοξίου δὲ πρὸ στεγῶν* Scaliger. *Λοξίας* Aurat. Stanl. quod tamen librarii vix mutassent. Nominativus pendens, sive absolutus, *προσθιγών,* hodie ne tirones quidem impedire poterit. Vid. Matthiæ. Gr. Gr. § 562, 1. supra 513. *προσθίγων* male scribitur in omnibus libris. (*προθίγων* Ald.) vid. Elmsleium ad Eurip. Med. 1171. Monk. ad Alc. 1136.

1049. *κοὐκ ἔτ' ἀμείβομ'* Ald. Turn. *κοὐκ ἔτ' ἀμμείναιμ'* Med. Mox *πρόφων* Rob.

θεὸς φυλάσσοι καιρίοισι συμφοραῖς.
ὅδε τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις
τρίτος αὖ χειμὼν
πνεύσας γονίας ἐτελέσθη.
παιδοβόροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν
μόχθοι τάλανός γε Θυέστου.
δεύτερον ἀνδρὸς βασίλεια πάθη·
λουτροδάϊκτος δ' ὤλετ' Ἀχαιῶν
πολέμαρχος ἀνήρ.

1051. *φυλάσσει καὶ ῥίοισι* Ald. *καιρίοις ἐν συμφοραῖς* Turn. Steph. quod invectum est ex Scholiis; *καιρίοις*: *ἐγκαίροις συντυχίαις*. Porsonus *καιρίοις ἐν ξυμφοραῖς*. Quod dedi, habent Rob. Med.

1054. *πνεοῦσας* Ald. *πνεούσας* Rob. Turn. *πνεύσας* Scalig. Porson. Schneiderus in Lexic. Gr. v. *Γόνιος*, putat *γονίας* genitivum esse, subaudito *αὔρας*; quod probat Hermannus, aitque *πνεύσας* Dorice scribendum pro *πνεούσας*. Sed Butlerus, post Tyrwhittum et Porsonum, Hesychii interpretationem amplectitur. *Γονίας*: *εὐχερής. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.* (unde discimus hanc fabulam etiam in Hesychii temporibus cum Agamemnone confusam fuisse.) Scholiasta vero, *Γονίας ἄνεμος, ὅταν ἐξ εὐδίας κινηθῇ χαλεπὸν πνεῦμα.* unde apud Hesychium forsan legendum *δυσχερής*. Ego vero veterem corruptelam in hoc loco insedisse suspicor: neque enim *γονίας* vel *γόνιος* sensum satis commodum fundit; legendum autem *στονίας*, *procella gemitus excitans*. De vèntorum nominibus in *ίας* desinentibus dictum est in Glossario. Levissima est mutatio ΠΝΕΥCΑCΓΟΝΙΑC in ΠΝΕΥCΑCCΤΟΝΙΑC. Olim cogitaram de *πονίας*, ob *μόχθοι* in v. 1056. sed longe præstat *στονίας*. Ceterum Botheus dedit *τετέλεσται*.

1055. *παιδόμοροι* libri. *παιδοβόροι* Aurat. Stanl. Valckenaer. ad Eurip. Phœn. p. 428. Agam. 1489. *πάχνᾳ κουροβόρῳ*. Mox *πρῶτος* Aurat.

1056. *τάλανές τε* edd. Æschylus, credo, non dixisset *παιδοβόροι τάλανές τε*. Suppl. 62. *τᾶς Τηρείας | μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου, | κιρκηλάτου τ' ἀηδόνος*. Elmsleius ad Eurip. Med. p. 207. *κιρκηλάτοι' ἀηδόνος*. Quare edidi *τάλανός γε*, ex Aurati conjectura, Stanleio ac Butlero probata.

νῦν δ᾽ αὖ τρίτος ἦλθέ ποθεν σωτήρ,
ἢ μόρον εἴπω;
ποῖ δῆτα κρανεῖ, ποῖ καταλήξει
μετακοιμισθὲν μένος ἄτης;

1061. *μόρος* Bigot. Contra *σωτῆρ᾽* Jacob. Interrogationem apposuit Pauw.

1062. *πῆ καταλήξει* Ald. Turn. vid. supra ad v. 1008.

1063. *μέγα κοιμισθὲν* Valcken.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΧΟΗΦΟΡΩΝ.

GLOSSARIUM

IN

CHOEPHOROS.


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

GLOSSARIUM

IN

CHOEPHOROS.

Voces, quæ asterisco notantur, non nisi apud Æschylum reperire potui.

---

v. 1. ʽΕΡΜΗΣ χθόνιος invocatur, et postea ab Electra, utpote cui mortui curæ erant. Idem et πομπαῖος. Sophocl. Aj. 831. καλῶ θ' ἅμα Πομπαῖον ʽΕρμῆν χθόνιον, εὖ με κοιμίσαι. STANLEIUS.

Ibid. Ἐποπτεύω. *Inspecto.* Gloss. in Agam. 1241. Diphilus ap. Athen. VI. p. 223. A. citatus ad Prometh. 426. Babrius ap. Suid. v. Νέμεσις. Παρῆν δὲ Νέμεσις, ἣ τὰ γῆς ἐποπτεύει. Infra 482. 575. etc.

3. Κατέρχομαι. *Redeo,* exul sc. in patriam. Apud Aristoph. Ran. 1185. quum hunc versum recitasset Æschyli persona, objicit Euripides, Δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος, cui reponit Æschylus, Ἐλθεῖν μὲν ἐς γῆν ἔσθ', ὅτῳ μετῇ πάτρας. Χωρὶς γὰρ ἄλλης συμφορᾶς ἐλήλυθε. Φεύγων δ' ἀνὴρ ἥκει τε καὶ κατέρχεται. Gloss. ad Theb. 644.

6. Πλόκαμος Ἰνάχῳ θρεπτήριος. *Crinis Inacho nutritus.* Eurip. Bacch. 494. ʽΙερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω. Eustathius ad Il. B. a Stanleio laudatus, tradit Græcos comam nutrivisse, in luctus vero tempore totondisse. Iidem etiam puberes facti crinem detonsum consecrare solebant Apollini κουροτρόφῳ et fluviis: quem morem inchoavit Theseus, qui comam ex anteriore capitis parte sectam Apollini Delio consecravit. Stanleius confert Homerum Il. Ψ.

140. et recte distinguit inter capillum *θρεπτήριον*, quem fluminibus aut Diis tondebant, et *πενθητήριον*, quo amicos vita functos honorabant. Idem observavit, "Quod *πλόκαμος πενθητήριος* Æschylo, Euripidi est *κόμα πενθήρης* Phœniss. 332." Idem valent *πένθιμοι κουραί*, Eurip. Suppl. 972.

8. **Ὁμήγυρις.** *Cœtus.* Agam. 4. *ἄστρων νυκτέρων ὁμήγυριν.* Vid. ad Theb. 206.

9. **Μελάγχιμος.** *Niger. Pullus.* Gloss. in Theb. 306. *χιμος* terminationem esse paragogicam notavit Eustathius a Stanleio citatus.

10. **Πρέπω.** *Conspicuus sum.* Gloss. in Pers. 244. Monk. ad Eurip. Alc. 528.

11. **Πτῶμα.** *Mors,* seu *Cadaver.* Eurip. Phœn. 1496. *πάρα καὶ λεύσσειν Πτώματα νεκρῶν τρισσῶν ἤδη Τάδε πρὸς μελάθροις.* ibid. 1711. *Ἐτεοκλέους δὲ πτῶμα, Πολυνείκους τε ποῦ;* 1715. *Ὦ φιλὰ πεσήματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός.* Sic *cadaver* dicitur a *cadendo.*

Ibid. **Προσκυρέω.** *Accido.* Hesych. *Προσκυρεῖ. προσεγγίζει.* In Sophocl. Œd. T. 1322. *προσέκυρσα* est *offendi,* cum accusativo, *Ὦ δεινοτάτων πάντων ὅσ' ἔγω Προσέκυρσ' ἤδη.*

12. **Ἐπεικάσας τύχω;** *Rectene conjiciam?* Vid. Gloss. in Agam. 1203. Monk. ad Eurip. Hipp. 828. Infra 550. Sophocl. El. 663. *Ἦ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζων κυρῶ Κείνου;* Confer Glossarium ad 938.

13. **Μείλιγμα.** *Placamentum.* Gloss. in Pers. 616. Bacidis oraculum ap. Pausan. ix. 17. *Ἀλλ' ὁπόταν Τιθορεὺς Ἀμφίονί τε Ζήθῳ τε Χύτλα καὶ εὐχωλάς, μειλίγματά τ' ἐν χθονὶ χεύῃ.*

18. **Ἐκποδών.** Gloss. in Prom. 352. Quod hic dicitur, *σταθῶμεν ἐκποδών,* infra 859. est *ἀποσταθῶμεν.*

19. **Προστροπή.** *Supplicatio.* Gloss. in Pers. 221. Agam. 1577. Infra 79.

20. * **Ἰαλτός.** *Missus.* Verbum ἰάλλω occurrit infra 40. 490. Prometh. 680. sæpius apud Homerum: compositum ἀπιάλλω in fœdere Dorico apud Thucyd. V. 77. οἰκάδ' ἀπιάλλειν.

21. **Πρόπομπος.** *Qui deducit.* (Anglice, *an escort.*) vid. ad Theb. 1072. Æschyli fabula Πρόπομποι memoratur non tantum ab Hesychio in v. Δίπολοι, sed ab Alciphrone Ep. III. 48. *κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο, καὶ ἄφωνος εἴη Λικύμνιος, ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής. ὡς γὰρ ἔνικα τοὺς ἀντιτέχνους Κριτίαν τὸν Κλεωναῖον, καὶ Ἵππασον τὸν Ἀμβρακιώτην, τοῦ Αἰσχύλου Προπόμπους, κ. τ. λ.*

Ibid. **Ὀξυχεὶρ κτύπος.** *Sonus qui ex manibus celeriter pulsantibus oritur.* Recte observavit Stanleius, ὀξὺς in compositione velocitatem vel agilitatem denotare. Pollux II. 149. ὀξύχειρ καὶ ὀξυχειρία, τὸ μὲν παρὰ Μενάνδρῳ εἴρηται, τὸ δὲ παρ' Ἀλέξιδι. "Comicorum nomina," inquit Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 220. facile persuadent, utrosque non alia notione, quam fecit Lucianus, hanc vocem adhibuisse. Significat autem *agili manuum mobilitate promptum.*" (Anglice, *light-fingered.*)

22. **Ἀμυγμός.** *Vellicatio.* Vid. Gloss. in Pers. 120. Lexicon Rhetor. in Bekker. Anecd. p. 388. Ἀμυχαί: ἐπιπόλαιον ἕλκος. Alia forma occurrit in Theocr. XXIV. 124. ξιφέων ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν. Sic et ῥωγμὸς et ῥωχμός. Quod ad rem adtinet, Stanleius notat, a Solone interdictas fuisse ἀμυχὰς κοπτομένων; unde in XII. Tabulis *Mulieres genas ne radunto.* Conf. Virg. Aen. IV. 673. *Unguibus ora soror fœdans, et pectora pugnis.* Cicer. Tusc. III. 26. *muliebres lacerationes genarum.* Eurip. Hel. 1098. Παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροός. Or. 950. Τιθεῖσα λευκὸν ὄνυχα διὰ παρηΐδων, | αἱματηρὸν ἄταν, | κτύπον τε κρατός.

24. **Δι' αἰῶνος.** *Per omne tempus.* Gloss. in Agam. 537.

Ibid. **Ἰυγμός.** *Ejulatio.* Gloss. in Pers. 285. 981. Cum figura ἰυγμοῖσι βόσκεται κέαρ, comparare potest harum elegantiarum amans Petrarcæ Son. I. *Voi ch'ascoltate in rime sparse il suono Di quei sospiri, ond' io nudriva il core, In sul mio primo giovenil errore.*

25. * Λινοφθόροι ὑφασμάτων λακίδες. *Scissiones vestium, linum perdentes.* Minus recte Erfurdtius ad Sophocl. Ant. 1009. "λακίδες λινοφθόροι pro λακίδες λίνων φθαρέντων." Hoc esset λινοφθόρων ὑφασμάτων λακίδες, sicut in Antigonæ loco, ἀνδροφθόρου αἵματος λίπος, (ubi forsan legendum λίβος: vid. Agam. 1402.) Hinc aliquatenus firmatur Casauboni lectio στρωματοφθορεῖν in Agam. 921.

26. Λακίς. *Lacinia.* Gloss. in Pers. 129. Suppl. 900. Λακὶς χιτῶνος ἔργον οὐ κατοικτιεῖ. ibid. 120. πολλάκι δ' ἐμπίτνω ξὺν λακίδι | λίνοισιν, ἢ | Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ.

Ibid. Ἔφλαδον. *Dissiluerunt.* Etymol. M. p. 403, 48. Ἔφλαδον σημαίνει τὸ ἐσχίσθην, ἢ ἐθλάσθην, ἢ διεῤῥάγην, ὥς φησιν Αἰσχύλος, λινοφθόροι ὑφασμάτων λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσι. παρὰ τὸ θλῶ, κατὰ τροπήν, φλῶ, παράγωγον φλάζω· ὁ δεύτερος ἀόριστος, ἔφλαδον· ὡς χάζω, ἔχαδον. Ex Aristophanis Pluti v. 693. collato cum v. 718. patet verbi φλᾶν significatio, *cum crepitu quodam frangere.* Confer Theocr. V. 148.

27. * Πρόστερνοι στολμοί. *Ornatus pectoralis.* Appositio est ad λακίδες. Nempe istam partem amictus in dolore scindebant. Pers. 1061. Πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν. De στολμὸς vid. Gloss. in Pers. 164. infra 754.

Ibid. Ἀγέλαστος. *Risum non admittens.* Gloss. in Agam. 767.

29. Τορός. *Perspicuus.* Gloss. in Prom. 626.

Ibid. Ὀρθόθριξ. *Capillos erigens..* Sophocl. Œd. C. 1623. Stanleio citatus, φθέγμα δ' ἐξαίφνης † τινὸς Θώϋξεν αὐτόν, ὥστε πάντας ὀρθίας Στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας. Vid. Gloss. in Theb. 560.

30. Ἐξ ὕπνου. Schol. δι' ὕπνου. Abreschius confert 916. Ἡ κάρτα μάντις οὐ'ξ ὀνειράτων φόβος. Locutio κότον πνεῖν iterum occurrit 939. Vid. Gloss. in Agam. 1206.

31. * **Ἀωρόνυκτον.** *Quod intempesta nocte fit.* Theocr. XXIV. 38. Ἦ οὐ νοέεις ὅτι νυκτὸς ἀωρί που οὐδέ τε τοῖχοι πάντες ἀριφραδέες, καθαρᾶς ἄτερ ἠριγενείας—;

34. **Κρίτης.** *Interpres somniorum.* Gloss. in Pers. 231.

35. **Ὑπέγγυος.** *Sponsione addictus.* Eurip. Hec. 1020. τὸ γὰρ ὑπέγγυον | δίκᾳ καὶ θεοῖσιν οὗ ξυμπίτνει, | ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν. Herodot. V. 75. τούτους ἀνιστέασι μὲν οἱ πρυτάνις τῶν Ναυκράρων, ὑπεγγύους πλὴν θανάτου, *quum spospondissent se quidvis subituros, morte tantum excepta.* Hæc exempla dedit Schneider. Hi vates ὑπέγγυοι erant nihil non veri dicere.

37. **Ἐγκοτέω.** *Irascor.* Herodotus dicere solet ἔγκοτον ἔχειν, *infensum esse.* Ae. Port. Lex. Ion. Composita ex κότος Æschylo in deliciis fuisse observatum est ad Theb. 804. Vid. 387. 911. 1041.

40. **Μάομαι.** *Exquiro.* Gloss. in Prom. 486. Exemplis ibi prolatis adjice Epicharmum, μὴ τὰ μαλακὰ μώεο. Alia forma μάομαι infra 774.

Ibid. **Μαῖα.** *Mater.* προσφώνησις πρὸς πρεσβῦτιν τιμητική, ἀντὶ τοῦ, ὦ τροφέ. Hesych. ubi plura dabunt interpretes. Vox Dorica est. Vid. Monk. ad Eurip. Alc. 403.

43. **Λύτρον.** *Redemtionis pretium:* λύτρον αἵματος, *quod solvitur pro sanguine fuso.* Hesych. Λύτρον: τίμημα. Cf. Schleusner. Lex. N. T. in voce.

44. **Πανοιζύς.** *Penitus ærumnosa.* Theb. 659. Ὦ πανδάκρυτον ἁμὸν Οἰδίπου γένος. Vid. infra 405. v. Οἶκτος.

45. **Κατασκαφή.** *Suffossio.* Gloss. in Theb. 46.

46. * **Βροτοστυγής.** *Mortalibus infensus.* Prom. 824. Δρακοντόμαλλοι Γόργονες βροτοστυγεῖς.

51. **Δι' ὤτων φρενός τε δαμίας.** Infra 443. δι' ὤτων δὲ συντέτραινε μῦθον | ἡσύχῳ φρενῶν βάσει. Theb. 25. Ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσίν. Pers. 611. Βοᾷ δ' ἐν ὠσὶ κέλαδος οὐ παιώνιος· Τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας.

53. **Τίς.** *Unusquisque.* Pro πᾶς τις. Eumen. 542. Πρὸς τάδε τις τοκέων σέβας εὖ προτίων, | καὶ ξενοτίμους | ἐπιστροφὰς δωμάτων, | αἰδόμενός τις ἔστω. Sophocl. Aj. 245. Ὥρα τιν' ἤδη κάρα | καλύμμασι κρυψάμενον, | ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι. Theogn. 183. Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους Εὐγενέας· καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν Βήσεσθαι. Tyrtæus II. 21. Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω. Apoll. Rhod. III. 745. ὕπνοιο δὲ καί τις ὁδίτης, Ἤδη καὶ πυλαωρός, ἐέλδετο. Herodot. VIII. 109. καί τις οἰκίην ἀναπλασάσθω καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω. ubi vid. Valckenaer. Id. VI. 9. Ἄνδρες Ἴωνες, νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσας φανήτω τὸν βασιλῆος οἶκον. IX. 78. σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον, ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μέζων, καί τις ὕστερον φυλάσσηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων ἐς τοὺς Ἕλληνας. ibid. 98. ἐπεὰν συμμίσγωμεν, μεμνῆσθαί τινα χρὴ ἐλευθερίης. Conf. Thucyd. I. 40. fin. 42. 141. VIII. 91. Matthiæ. Gr. Gr. §. 487, 1.

55. **Ῥοπή.** *Inclinatio.* Proprie de stateræ examine dicitur. ῥοπὴ δίκας est *conversio rerum a Justitia facta.* Vid. Gloss. in Pers. 352. Sensus hujus loci hic est; Ultio divina serius citius omnes scelestos corripit; alios celeriter, dum dies adhuc lucet; alios autem paullo serius, circa crepusculum; alios vero vel media nocte. Ita Schutzius; qui ἄκραντος νὺξ interpretatur *nox intempesta, inactuosa.* Scholiasta interpretatur αἰώνιος θάνατος, unde liquet eum fuisse Christianum; quod notavit Butlerus.

58. **Βρύω.** *Scaturio.* Gloss. in Agam. 163.

60. **Αἵματα.** Notandus est numerus pluralis. Eumen. 253. Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ. Porsonus confert 278. Ἐκ τῶν πατρῴων αἱμάτων. Agam. 1264. αἱμάτων εὐθνησίμων Ἀπορρυέντων. Musgrav. ad Eurip. Phœn. 1540.

61. ***Τίτης.** *Vindex.* τιμωρός. Schol. φόνος πέπηγεν ὥστε τίτης εἶναι, οὐ διαῤῥυδῆν. Heath. Hesych. Τῖται: εὔποροι. ἢ κατήγοροι τῶν ἀρχόντων. glossa corrupta.

Ibid. **Φόνος.** *Cruor.* Gloss. in Prometh. 363.

Ibid. **Διαῤῥυδήν.** *Ita ut diffluat,* seu *diluatur.* Adverbium est; non adjectivum, quod ait Schneiderus in Lexico, qui fingit vocabulum *διαῤῥυδήεις.* Recte autem observavit Schutzius, hæc populari quadam superstitione intelligenda, ad nostram usque ætatem propagata, quæ maculam ex sanguine hominis injuste cæsi, in terram effuso, semper manere, nec elui posse fingebat. Noster Theb. 731. *Ἐπεὶ δ' ἂν αὐτοκτόνως | αὐτοδάϊκτοι θάνωσι, | καὶ χθονία κόνις πίῃ | μελαμπαγὲς αἷμα φοίνιον, | τίς ἂν καθαρμοὺς πόροι; | τίς ἄν σφε λούσειεν;* Conf. Sophocl. Œd. T. 1236. Eurip. El. 320. *αἷμα δ' ἔτι πατρὸς κατὰ στέγας* Μέλαν *σέσηπεν.*

62. **Διαλγής.** *Perquam ærumnosus.* Exemplum hujus vocis ex Plutarcho afferunt lexica.

Ibid. **Διαφέρω.** *Differo.* i. e. *discerpo.* *διασπαράσσει* Schol. quam interpretationem pessimam vocat Heathius; probat vero Abreschius.

63. * **Πανάρκετος.** *In omnia sufficiens;* vel *undequaque* sufficiens. Idem quod *παναρκής.* Suidas, Παναρκέος: *τοῦ μεγάλου καὶ δυνατου.* Vid. Gloss. in Pers. 861. v. *Πανταρκής.*

64. **Ἑδώλιον.** *Sedile.* Gloss. in Theb. 451. *πωλικῶν ἑδωλίων.*

65. **Ἄκος.** *Remedium.* Eum. 648. Πέδας *μὲν ἂν λύσειεν, ἔστι τοῦδ' ἄκος, καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος. Ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις* Ἅπαξ *θανόντος, οὔτις ἐστ' ἀνάστασις.*

Ibid. **Πόρος.** *Fluvius;* proprie, *vadum.* Hesych. Πόροι: *ποταμοί.* Sophocl. Aj. 411. *Ἰώ, πόροι ἁλίῤῥοθοι,* quod interpretatur Schol. *ποταμοὶ εἰς θάλασσαν ῥέοντες.* In Æsch. Pers. 372. *πόροι ἁλίῤῥυθοι* non sunt simpliciter *fluctus marini,* quod ait Lobeckius, sed *freta maris angusta.* Hesych. Πόρος—*τὸ ποταμοῦ ῥεῦμα. οἱ δέ, τὴν διάβασιν αὐτοῦ.* Ceterum conferatur Sophocl. Œd. T. 1227. *Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν* Ἴστρον, *οὔτε* Φᾶσιν *ἂν* Νίψαι *καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην, ὅσα* Κεύθει. Catull. LXXXV. 4. *Ecquid scis, quantum suscipiat sceleris? Suscipit, O Gelli, quantum non ultima Tethys, Non genitor*

Nympharum abluit Oceanus. Shakspearii locum contulit Butlerus; *Will all great Neptune's ocean,* &c.

66. * Χερομυσής. *Manus polluens.*

68. Ἀνάγκα ἀμφίπτολις. *Necessitas urbi circumdata;* sc. quum ab hostibus obsidione capta esset. Theb. 277. τὸν ἀμφιτειχῆ λεών, *populum mœnia obsidentem.*

70. Δουλίαν ἐσᾶγον αἶσαν, pro ἦγον ἐς δουλίαν αἶσαν. Figura anastrophe. Prom. 66. αἲ, αἲ, Προμηθεῦ, σῶν ὑπερστένω πόνων, ubi vide notata.

72. Πρέπω. *Similis sum.* Eurip. Alc. 1140. Βλέψον δ' ἐς αὐτήν, εἴ τι σῇ δοκεῖ πρέπειν Γυναικί. ubi Monkius laudat Bacch. 915. Πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφὴν μιᾷ. Pind. Pyth. II. 69. Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ πρέπεν οὐρανίᾳ θυγατέρι Κρόνω.

75. Δακρύω δ' ὑφ' εἱμάτων. "Ex more scilicet, quo plorantes velabant capita: vid. multis philologos ad Marci C. XIV. 72. Isocrat. Trapez. p. 714. ed. P. Steph. ἐγκαλυψάμενος ἔκλαιε." Abresch. Stanleius confert Homer. Od. Δ. 114. Δάκρυ δ' ἀπὸ βλεφάρων χαμάδις βάλε, πατρὸς ἀκούσας, χλαῖναν πορφυρέην ἀντ' ὀφθαλμοῖιν ἀνασχών. et Eurip. Suppl. 110. Σὲ τὸν κατήρη χλανιδίοις ἀνιστορῶ, Λέγ', ἐκκαλύψας κρᾶτα, καὶ παρεὶς γόον. Adjice ibid. 295. Orest. 274. Ξύγγονε, τί κλάεις, ὄμμα θεῖσ' εἴσω πέπλων; Platon. Phæd. p. 97. Wyttenb. ὥστε ἐγκαλυψάμενος ἀπέκλαιον ἐμαυτόν. Epigr. in Hecubam Anthol. V. 33. p. 389. φᾶρος γὰρ ἐπικρεμὲς ἀμφὶ προσώπῳ Πήματα μὲν δείκνυσιν· ἀπαγγέλλουσι δὲ πέπλοι Πένθος ὑποβρύχιον, κεκλασμένοι ἄχρι πεδίλων. 2 Regg. XV. 30. ex vers. LXX. καὶ Δαβὶδ ἀνέβαινεν ἐν τῇ ἀναβάσει τῶν ἐλαιῶν, ἀναβαίνων, καὶ κλαίων, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπικεκαλυμμένος. Euripides apud Aristoph. Ran. 942. Æschylum sic ridet, Πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα γε τινὰ καθεῖσεν ἐγκαλύψας Ἀχιλλέα τιν', ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς, Πρόσχημα τῆς τραγῳδίας, γρύζοντας οὐδὲ τουτί. Confer Plinii locum laudatum in Gloss. Agam. 221. Apud Herodotum VI. 67. Demaratus, dolens et iratus, κατακαλυψάμενος ἤϊε ἐκ τοῦ θεήτρου ἐς τὰ ἑωϋτοῦ οἰκία.

77. **Παχνόω.** *Frigore adstringo;* et metaphorice *dolore congelo.* Hesych. Παχνουμένης. ἀνιωμένης. Homer. Il. P. 111. τοῦ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ Παχνοῦται. Hesiod. Op. 358. τό γ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ. Eustathius p. 1097, 56. εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ ψυχρὰ λέγειν τὰ ἀηδῆ· ὥσπερ αὖ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου, θερμὰ τὰ προσηνῆ. διὸ καὶ θαλπωρὴ ἡ ἐλπίς. Eurip. Hipp. 803. Λύπῃ παχνωθεῖσ', ἢ 'πὸ συμφορᾶς τινός; ubi vid. Monk.

78. **Δμωαὶ γυναῖκες.** Stanleius confert Herodoti ἀνὴρ ἁλιεύς, Callimachi ὀϊστευτὴν ἀνέρα. Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 430, 7.

Ibid. **Εὐθήμων.** *Qui recte disponit.* ὑπηρετίδες εὖ τιθεῖσαι τὰ κατὰ τὸν οἶκον. Schol. Photius, Εὐθημονεῖσθαι: εὖ τίθεσθαι, ἢ συγκεῖσθαι. Apoll. Rhod. I. 569. Τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ. ubi Schol. εὐθήμονα δέ φησι τὴν ᾠδήν, διὰ τὸ εὖ διατιθέναι τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχάς. Etymologus vero p. 391, 25. eundem locum citans interpretatur εὐποιήτῳ.

80. **Πομπός.** *Qui deducit,* vel *mittit.* Infra 141. Gloss. in Pers. 632. Agam. 290.

81. **Κήδειος.** *Ad affinitatem pertinens;* sive *ad luctum.* Dubito utra sit potior interpretatio. Schol. συγγενικάς. Hesych. Κήδειος: προσήκων, φροντιστέος. Homer. Il. T. 294. Τρεῖς τε κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ, Κηδείους. Infra 220. Κουρὰν δ' ἰδοῦσα τήνδε κηδείου τριχός. Eurip. Iph. T. 147. ἐν κηδείοις οἴκτοισιν, *consanguineis.*

86. **Πέλανος.** *Libum.* Gloss. in Pers. 209. 821.

87. **Φάσκω.** *Dictito.* Differt a φημί, ut βάσκω a βῆμι, διδράσκω a δρῆμι, γιγνώσκω a γνῶμι, et alia similia. Actionem repetitam denotat hæc terminatio.

89. **Γε** particula sic posita valet *scilicet;* vide Elmsleium ad Eurip. Med. 1334.

91. **Γάποτος.** *A terra absorptus.* Infra 158. Gloss. in Pers. 627. Terra humorem bibere dicitur v. 60. Herodot. IV. 198. ἡ Λιβύη—οὔτε αὐχμοῦ φροντίζουσα οὐδέν, οὔτε ὄμβρον πλέω πιοῦσα, δεδήληται. ubi vid. Wesseling. Theb. 820. βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν

Πέπωκεν αἷμα γαῖ', ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ. Eum. 650. *'Ανδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις.*

92. **Καθάρματα.** *Lustra.* Sacrificia lustralia. *κάθαρμα* vel *καθάρσιον* Attici dicebant porcellum quem in lustrationibus cædere solebant: vid. Hesych. in voce. Cineres autem victimæ lustralis in vase fictili ex ædibus portabat minister (nonnunquam trans fluvium. Conf. Theocrit. XXIV. 91. cum Levitic. VI. 11.) Hoc est *καθάρματ' ἐκπέμπειν.* Schol. *τοῦτο πρὸς τὸ παρ' 'Αθηναίοις ἔθος· ὅτι καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακινῷ θυμιατηρίῳ, ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον, ἀμεταστρεπτὶ ἀνεχώρουν.* Idem, *πάλιν: εἰς τοὐπίσω ἀναχωρήσω. πρὸς τὸν 'Αθήνησι νόμον.*

93. **'Αστρόφοισιν ὄμμασιν.** *Oculis irretortis.* Sophocl. Œd. C. 502. *Ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος,* ubi Musgravius confert hunc locum, et Virgil. Ecl. VIII. 102. Virgilius autem Theocriti locum, quem exprimere voluit, non satis, ut opinor, intellexit. Aliud est Theocriti *ἂψ δὲ νέεσθαι ἄστρεπτος,* aliud autem Virgilii, *ne respexeris.*

94. **Μεταίτιος.** *Particeps.* Infra 128. Agam. 784. *θεοὺς— τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους Νόστου.* Eum. 199. *Αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλει, 'Αλλ' εἰς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.* Cf. 897.

95. **Νομίζω.** *Usurpo. Habere solitus sum.* 989. *ἀργυροστερῆ βίον νομίζων.* ubi vid. Glossarium Herodot. I. 142. *γλῶσσην δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι.* Plura dabit Ae. Porti Lexicon Ionicum. Eurip. El. 232. *Οὐχ ἕνα νομίζων φθείρεται πόλεως νόμον.*

97. **Τὸ μόρσιμον.** Stanleius interpretatur *mors.* Sed est potius *fati decretum.* Schol. *οὐδὲν πείσεσθε παρὰ τὸ μόρσιμον.* Conf. 457. Theb. 249.

99. **Ὑπέρτερος.** *Potior.* Gloss. in Pers. 526.

101. **'Εκ φρενός.** *Ex animo.* Gloss. in Theb. 871.

107. **Φράσαι.** *Considera.* Non *eloquere,* nec *proferas,* uti interpretantur alii. Recte Abreschius, *perpendas.*

108. **Στάσις.** *Factio. Cœtus.* "*στάσις* pro *σύστασις* iterum occurrit v. 451. Eumen. 311." Abresch. *στάσις* autem est vox

Choro propria. Hesych. Στάσις: θέσις. χορός. et Ὑποκόλπιον: τοῦ χοροῦ τῆς στάσεως χῶραι αἱ ἄτιμοι. Quin etiam de quavis societate dicitur. Photius; Στάσις: οὐχ ἡ φιλονεικία· ἀλλ' αὐτοὶ οἱ στασιάζοντες.

110. **Φρενόω.** *Prudentem reddo.* Prometh. 343. Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς, Ἢ σαυτόν. ubi vid. Gloss.

112. **Ἐξηγέομαι.** *Enarro. Interpretor.* Qui legum vel religionis arcana explicabat, ἐξηγητὴς dicebatur: vid. Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 109.

114. **Δικάστην ἢ δικηφόρον.** Schol. κριτήν, ἢ τιμωρόν. ὅ ἐστιν, ἀκουσόμενον τοῦ πράγματος, ἢ πρὸ ἀκοῆς τὴν τιμωρίαν ἐπάξοντα, ὡς ἀναμφιβόλου ὄντος τοῦ κακοῦ. Hoc sensu occurrit δικηφόρος in Agam. 508. 1566.

116. **Θεῶν πάρα.** "Quam hic Abreschius antiptosin quærit, pro παρὰ θεοῖς, ea prorsus nulla est; nam inter εὐσεβῆ et θεῶν πάρα intelligendum est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἐξαιτεῖν, vel simile quidquam." SCHUTZ. Sed nullam esse ellipsin, et idem esse παρὰ θεῶν et πρὸς θεῶν statuit Schneiderus ad Xenoph. Anab. p. 313. sicut apud Xenophontem ὃς μόνος μὲν πρὸς θεῶν ἀσεβής, μόνος δὲ πρὸς ἀνθρώπων αἰσχρός.

117. **Ἀνταμείβομαι.** *Rependo.* Vide notata ad Prom. 231.

118. **Κηρύσσω.** *Cieo. Invoco.* Eurip. Hec. 145. Κήρυσσε θεούς, τούς τ' οὐρανίδας, Τοὺς θ' ὑπὸ γαίας.

120. **Ἐπίσκοπος.** *Inspector.* Eumen. 739. ἄνδρα—δωμάτων ἐπίσκοπον. "Apud Demosth. p. 421, 27. ed. Reiske. ἐπίσκοπος Minerva dicitur, urbem suam gubernans ac tuens." SCHLEUSNER. Sic ἐποπτὴρ Theb. 637.

122. **Κῦμα.** *Fœtus.* τὸ ἔτι ἐν τῇ κοιλίᾳ. Hesych. Eum. 655. Οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένη τέκνου Τοκεύς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου. Antiatticista Bekkeri p. 104, 9. Κῦμα: ἀντὶ τοῦ κύημα. Apollon. Rhod. IV. 1492. θεοῦ βαρὺ κῦμα φέρουσαν, ubi Schol. κῦμα

ἀντὶ τοῦ κύημα, κατὰ συγκοπήν. Vid. Schaefer. ad Gregor. p. 677. Albertius ad Hesych. in v. sequentia notavit; "Euripides in Cercyone apud Eustath. ad Il. Z. p. 656, 58. ut et in Od. Λ. p. 1681, 43. filiam dixit *γέμουσαν κύματος θεοσπόρου.* Quæ tragœdia diligentiam Barnesii, immo et Grotii, Meursii et Gatakeri effugit: ex qua idem Eustath. in Od. Θ. p. 1607, 3. adfert *πλήσας δὲ νηδύν.* quod repetit ad Od. Θ. p. 1902. init. Phot. Κῦμα: *τὸ κυόμενον.*" Hæc ille. Atqui Κερκύων non erat Euripidis tragœdia, sed Æschyli fabula satyrica. Fragmenta ab Eustathio prolata ad Euripidis Alopen referenda esse judicant Heathius et Valckenaerius. Voces tamen *πλήσας δὲ νηδύν*, satyricum sonant. Eurip. Cycl. 244. *Πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμήν.* 302. *νηδὺν καὶ γνάθον πλῆσαι σέθεν.*

123. **Χέρνιψ.** "Proprie est *τὸ ἐπιχεόμενον χερσὶν ὕδωρ.* Inde, in re funebri, aqua lustralis, cujus vas plenum pro foribus statuebant, ut ea qui ad exsequias venerat se adspergeret. Eurip. Alc. 98. *πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ ὁρῶ | πηγαῖον, ὡς νομίζεται, | χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις.* Hic vero aquam illam denotat, cujus in parentalibus sacrificiis usus erat, alias *χθόνια λουτρά.* Dioscorides Anthol. III. 13. *'Αλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί, μηδ' ἐπὶ νεκρῷ Λουτρὰ χέῃς.* Enimvero *χέρνιβες* quas hic effundit Electra, idem sunt ac *λουτρὰ* illa quæ apud Sophoclem, eadem occasione, sorori suæ Chrysothemidi ne effundat suadet v. 432. *'Αλλ', ὦ φίλη, τούτων μέν, ὧν ἔχεις χεροῖν, Τύμβῳ προσάψῃς μηδέν, οὐ γάρ σοι θέμις, Οὐδ' ὅσιον, ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἱστάναι Κτερίσματ', οὐδὲ λουτρὰ προσφέρειν πατρί.*" Stanleius.

126. **Πεπραμένος.** *Venditus.* Vide notata.

127. **'Ανταλλάσσομαι.** *Permuto.* Eurip. Or. 1154. *ἀλόγιστον δέ τι Τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου.* Hel. 1097. *Πέπλων τε λευκῶν μέλανας ἀνταλλάξομαι.*

129. **'Αντίδουλος.** *In loco servi.* Schol. *ἰσόδουλος.* Noster in Prometheo Soluto fr. 180. *"Ιππων ὄνων τ' ὀχεῖα, καὶ ταυρῶν γόνας Δοὺς ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα,* quem locum præter Plutarchum citat Porphyrius de Abst. III. 18. Sic in Eum. 38. *ἀντίπαις* idem est atque *ἰσόπαις.*

130. Ὑπερκόπως. *Supra modum.* Vid. ad Theb. 387. notas et glossarium.

131. Χλίω. *Luxurior. Superbio.* Gloss. in Prom. 445. Suppl. 234. Πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι Χλίοντα. Propius ad hunc locum accedit ejusdem fabulæ v. 911. Κάρβανος ὢν Ἕλλησιν ἐγχλίεις ἄγαν.

137. Τιμάορος. *Vindex.* Gloss. in Agam. 497.

144. Ἐπανθίζω. *Florescere facio.* ἐπανθίζειν παιᾶνα conjungit Schneiderus in Lexico: rectene an secus, dubito. Schol. ἐπανθίζειν: στέφειν ὡς ἄνθεσι.

145. Παιάν. *Pæan.* Abreschius citat Eurip. Alc. 424. (quem versum laudat etiam Scholiasta.) Troad. 126. Nostri Agam. 628. Vid. Gloss. in Theb. 867. Αἵδῃ τ' | ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν.

146. * Καναχές. *Cum strepitu.* Neutrum adjectivi καναχής. Schol. καναχηδόν. i. e. *more liquoris* qui κανάζεται, (vel potius κανάσσεται), *ex hoc vase in illud transfunditur.* Eurip. Cycl. 152. Φέρ', ἐγκάναξον. ubi vide Musgravium. Hinc καναχηδά. ἠχητικῶς. et καναχή. ψόφος. Hesych. (Hesiod. Theog. 367. ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέοντες.) et καναχίζειν, *resonare,* Homer. Il. M. 36. Ceterum Schutzius interpretatur δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον, *lacrymas inter singultus et lugubres querelas effusas.* Malim intelligere καναχὲς de abundanti stillatione. ὀλόμενον vero expungendum puto.

148. Ἔρυμα. *Præsidium. Munimentum.* Eum. 699. Suppl. 80. βωμὸς Ἄρης φύγασι | ῥῦμα, δαιμόνων σέβας. Hujus loci interpretationem, quæ ex omni parte placeat, adhuc desidero: vide notata.

149. Ἀπεύχετος. *Deprecandus.* Infra 614. δυσφιλὲς γαμήλευμ', ἀπεύχετον δόμοις. Idem valet atque ἄπευκτος. Agam. 621. ἄπευκτα πήματα. sc. ἅπερ τις ἀπεύξαιτ' ἄν. Plato Legg. III. p. 128. καὶ μὴν ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ υἱέως εὐχὰς γίγνεσθαι.

151. Ἀμαυρός. *Obscurus.* Schutzius vertit, *Audi preces quas ex corde tot malis obnubilato fundimus.* Butlerus, *Audi O domine*

mihi venerande, ex obscura mente. h. e. *quamvis umbra sis et in tenebris verseris.* Atqui non dubium est voces ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός ad ipsum Chorum referri: Agam. 529. Ὡς πόλλ' ἀμαυρᾶς ἐκ φρενός μ' ἀναστένειν. In utroque loco significat mentem, cujus sensus non palam exprimitur. Vid. Gloss. in Pers. 228. infra 840.

152. **Ἀναλυτήρ.** *Liberator.* "Homer. Il. Π. 442. et Χ. 180. Ἂψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι. Eurip. Suppl. 44. ἱκετεύω σε—ἀνά μοί τέκνα λῦσαι φθιμένων νεκύων.—Proprie notat *restituere in integrum et statum pristinum.* Pind. Nem. X. extr. ἀναλῦσαι φωνὴν καὶ ὀφθαλμόν. Abresch. In Euripidis tamen loco Brodæus et Marklandus vertunt ἄνα μοι, *surge mihi.* Sed minus recte.

154. * **Δορυσθενής.** *Hasta valens.*

155. **Παλίντονος.** *Reflexus.* Homer. Il. Θ. 266. παλίντονα τόξα τιταίνων. Herodot. VII. 69. Ἀράβιοι—τόξα παλίντονα εἶχον πρὸς δεξιά, μακρά. ubi Wesselingius; "Arcus omnes παλίντονοι quum sint, justa observatio Eustathii est, Arabum arcus forma fuisse singulari, atque *utramque in partem flexiles,* ἐπὶ θάτερα μέρη κλινόμενα, sive Attii voce *reciproca,* monente Scaligero in Varron. de Lingua Lat. VI. p. 78." Erant nempe τόξα παλίντονα arcus, qui nervis solutis non illico εὐθύτονοι, *recti* fiebant, sed in contrariam partem sese flectebant. Apollon. Rhod. I. 993. Ἡρακλέης ὅς δή σφι παλίντονον αἶψα τανύσσας Τόξον, ἐπασσυτέρους πέλασε χθονί. (Vid. notata ad Hesychium in voce.) Stanleius citat Sophocl. Trach. 520. ὁ δὲ Βακχείας ἀπὸ | ἦλθε παλίντονα Θήβας | τόξα, καὶ λόγχας, ῥόπαλόν τε τινάσσων, | παῖς Διός. (ubi vocem minus accurate explicat Musgravius.) et Attii locum, *Tendens nervo tela reciproca Concita equino.* Notaverint tirones τόξα in plurali tantum non semper apud tragicos poni de arcu singulari.

156. **Ἐν ἔργῳ.** *In ipso opere.* Eurip. Iph. T. 1190. ab Abreschio citatus, ἐν ἔργῳ χέρνιβες ξίφος τε σόν. Xenoph. Cyr. VII. p. 104. ὡς δ' ᾔσθετο ὁ Ἀρταφέρνης ἐν ἔργῳ ὄντα τὸν Κῦρον, ἐπιτίθεται καὶ αὐτός.

Ibid. ***Ἐπιπάλλω.** *Vibro in aliquem.* *πάλλω vibro,* unde *παλτόν, pilum,* et *δίπαλτα ξίφη* apud Euripidem, et *τρίπαλτα πήματα* Theb. 985. Æschylus (seu forte Bacchylides) ap. Plutarch. Cicer. p. 1625. et alibi, Βριθὺν ὁπλιτοπάλαν, δαΐου ἀντιπάλοις.

157. **Σχέδιος.** *Ad pugnam cominus gerendam utilis;* a *σχέδην.* Suidas. *Σχέδην: ἀντὶ τοῦ σύνεγγυς. Ἐκ τοξευμάτων ἐβλάπτοντο, καὶ ὅτε σχέδην συμφέροιντο.—σχέδην καὶ ἐγγὺς μαχομένω.* Hinc *Σχέδιον: τὸ δόρυ ὃ μὴ ἀκοντίζεται.* Hesych. Sed propius ad nostri sensum accedit alia ejusdem grammatici interpretatio. *Σχέδια—ὅπλα τὰ ἐκ χειρὸς τιτρώσκοντα.—Σχεδίη:—τὸ ἐκ χειρὸς πατάξαι οὕτως λέγεται.* Photius, *Σχεδόν: πλησίον. πέλας. ἢ ἐκ χειρός.* Distinguuntur scilicet tela quibus eminus, ab iis quibus cominus pugnatur. Ovid. Met. III. 118. *de fratribus unum Cominus ense ferit; jaculo cadit eminus ipse.* Recte igitur Butlerus, "*Σχέδια βέλη* sunt quibus cominus pugnatur, *αὐτόκωπα* quæ non mittuntur, ut jacula et sagittæ, quibus nullum est manubrium, sed quæ in pugna statoria adhibentur, cum ad digladiationem ventum est, *enses* scil. quibus manubrium est."

Ibid. **Αὐτόκωπος.** "*Cum ipso manubrio.* Ita noster Agamemnone *αὐτότοκον* (134. ubi Gloss.) et *αὐτόχθονα* (519). Plane geminum est illud Hesychii, *Αὐτόλαβον: ἑαυτοῦ λαβὴν ἔχον.*" Stanleius. Vid. infra 663.

Ibid. **Νωμάω.** *Distribuo. Dirigo.* Gloss. in Theb. 3.

158. **Γάποτος.** Supra 91.

159. **Κῆρυξ.** *Præco.* Agam. 498. *Ἑρμῆν, φίλον κήρυκα, κηρύκων σέβας.*

161. **Ὀρχέομαι.** *Salto.* Infra 1011. *πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος Ἄιδειν ἕτοιμος, ἡδ' ὑπορχεῖσθαι κότῳ.* 404. *πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ | τόνδε κλύουσαν οἶκτον.*

162. **Τομαῖος.** *Qui secatur.* Infra 532. Eurip. Alc. 101. *Χαίτα δ' οὔτις ἐπὶ προθύροις | τομαῖος, ἃ δὴ νεκύων | πένθεσι πίτνει.* ubi vid. Monk.

163. **Βαθύζωνος.** *Demissam zonam habens.* Idem ac *βαθύκολπος.* Gloss. in Pers. 160. Nugatur, ut opinor, Scholiasta Pindari ad Ol. III. 63.

164. **Εὐξύμβολος.** *Facile conjiciendus.* Prom. 800. *Ἥδ' οὐκ ἔτ' εὐξύμβλητος ἡ χρησμῳδία.* ubi vid. Gloss. Alio sensu *εὐξυμβόλους δίκας* Suppl. 696. *æquam ac facilem juris disceptationem.*

167. **Οἷς προσῆκε.** *Quibus conveniebat.* Chrysothemis apud Sophoclem El. 909. in eadem re interrogat, *Τῷ γὰρ προσήκει, πλήν γ' ἐμοῦ καὶ σοῦ, τόδε;* Absolute construitur in Agam. 1528. *Οὔ σε προσήκει τὸ μέλημα λέγειν Τοῦτο.* Alia est constructio participii, *ὁ προσήκων, cui convenit,* infra 677. *Τοῖς κυρίοισι καὶ προσήκουσιν λέγων.* Agam. 1045. *Ἥδ' αὖτε δυσφημοῦσα τὸν θεὸν καλεῖ, Οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παραστατεῖν. qui genere propinquus est* Eurip. Suppl. 482. *προσήκοντ' οὐδὲν Ἀργείων πόλει.* infra 677. Cum præpositione jungit Herodotus VIII. 10. *οὐδὲν πρὸς Πέρσας τοῦτο προσήκει τὸ πάθος.* (Angl. "*The Persians have nothing to do with this calamity.*") Similiter Demosthenes; Lexicon ap. Bekker. p. 161, 32. *Προσήκει: δοτικῇ. τετάρτῳ Φιλιππικῶν· ὅταν γὰρ οἱ ἀδικούμενοι ἀρνῶνται, τί τῷ ἀδικοῦντι προσήκει;*

168. **Ὁμόπτερος.** *Similes plumas habens.* Gloss. in Pers. 565.

171. **Κρύβδα.** *Clam. Occulte.* Prosæ orationis scriptores dicebant *κρύβδην.* Homer. Il. Σ. *Κρύβδα Διός, ἄλλων τε θεῶν.* Eustath. p. 722, 18. *ἔνθα ὅρα καὶ τὰ συχνὰ ποιητικὰ πάρισα, καὶ τὸ μίγδα ἐκ τοῦ μίγδην μεταπλασθὲν ὁμοίως τῷ κρύβδην κρύβδα.*

172. *** Προσείδομαι.** *Similis sum.* Aliud exemplum in promptu non habeo.

174. **Κούριμος.** *Sectilis.* Activo sensu posuit Eurip. Or. 955. *Σίδαρον ἐπὶ κάρᾳ τιθεῖσα κούριμον.* Hoc notavit Stanleius. De adjectivis in *-ιμος* vid. Gloss. in Agam. 395.

177. **Κλυδώνιον.** *Fluctus æstuans.* Stanleius comparat Virg. Æn. IV. 532. *magnoque irarum fluctuat æstu.*

178. Διανταῖος. *Penitus perforans.* Gloss. in Theb. 890.

180. *Ἄφραστος. *Ineffabilis. Qui enumerari non potest.* Vide notata. Callim. H. Cer. 58. Δαμάτηρ δ' ἄφατόν τι κοτέσσατο. Lav. Pall. 77. Διψάσας δ' ἄφατόν τι. Schutzius vertit *improvisæ*, nescio an recte. Hesiodus ap. Athen. X. p. 428. c. οἶνος—Σὺν δὲ πόδας χεῖράς τε δέει, γλῶσσάν τε νόον τε, Δεσμοῖς ἀφράστοισι.

Ibid. Δύσχιμος. *Noxius.* Gloss. in Theb. 499.

Ibid. Πλημμυρίς. *Maris æstuantis accessus,* vel *exundatio;* idem ac πλημμύρα, quod a πλήμη et μύρον formatur, sive πίπλημι et μύρον; si hæc sit vera etymologia, scribendum erit πλημυρίς, sin illa, πλημμυρίς. Eustath. ad Od. I. p. 1640, 55. τὸ δὲ πλημυρὶς τινὲς τῶν παλαιῶν προπαροξύνουσι, καὶ δι' ἑνὸς δὲ μ̄ γράφουσιν, ἀπὸ τῆς πλήμης. Homerus penultimam hujus vocis corripit Od. I. 486. Τὴν δ' αἶψ' ἠπειρόνδε παλιρρόθιον φέρε κῦμα, Πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο. ubi tamen legendum puto πλημμυρὶς πόντοιο. Eandem correctionem adhibuerim Apollonio Rhodio IV. 1269. ubi Brunckius observavit mediam semper apud tragicos produci; sicut etiam alibi apud ipsum Apollonium. "Πλημμυρὶς apud Hippocratem," inquit Foesius, "humiditatis abundantiam significat, ac veluti inundationem quandam aut restagnantem humiditatem." Hunc nostri locum Spanhemius ad Callim. H. Del. 263. contulit cum Eurip. Alc. 184. πᾶν δὲ δέμνιον Ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι.

184. Ἐπώνυμος. *Nomini conveniens.* Recte vertit Heathius, *animum gerens haudquaquam matris nomini respondentem.* Vid. Gloss. in Prom. 308.

185. Πάομαι. *Possideo.* Gloss. in Agam. 808. Dorica vox erat ἔμπασις pro ἔγκτησις, *jus possidendi,* pro qua singularem formam ἔππασις invenimus in inscriptionibus quibusdam Boeoticis; vid. Mus. Crit. Cant. T. II. p. 583.

186. *Ἄντικρυς. *Palam.* φανερῶς. Hesych. Distinctionem, quam inter ἀντικρὺ et ἄντικρυς fingunt grammatici, (Schol. Il. Γ. 359. Lex. Rhetor. apud Bekker. p. 408.) nullam fuisse arbitror. ἄντικρυς

apud Homerum non occurrit, *ἀντικρὺ* multis in locis. Eustath. in Od. Φ. p. 1915, 25. *ἐνταῦθα δὲ τὸ ἄντικρυς, ἤτοι φανερῶς. ὃ καὶ αὐτὸ ἀντικρὺ λέγεται παρὰ τῷ ποιητῇ. οἷον, Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι.* (Il. H. 362.) *τὸ γὰρ ἄντικρυς τῶν ὑστέρων ἐστίν.* Idem p. 527, 12. formam *ἀντικρὺ* cum *μεταξὺ* et *μεσσηγὺ* comparat; ducitque ab *ἀντικαρὺ* (i. e. *ἀντιπρόσωπον,* sicut Etymol. M. p. 114, 28. alibi vero ab *ἀντικρούω.*

187. **Ἀγλάϊσμα.** *Ornamentum,* vel *Oblectamentum.* Gloss. in Agam. 1283. Sophocl. El. 907. *Καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι, Μή του τόδ' ἀγλάϊσμα, πλὴν κείνου, μολεῖν.*

188. **Σαίνομαι.** *Delenior.* Agam. 100. *ἀγανὰ σαίνουσ' ἐλπίς.* Vid. Gloss. in Theb. 379. ed. 2.

189. **Δίκην.** *Ad instar.* Gloss. in Agam. 3.

190. * **Δίφροντις.** *Anceps animi.* Inter spem metumque fluctuans.

Ibid. * **Κινύσσομαι.** *Agitor. Huc illuc impellor. αἰθέριον κίνυγμα* Prom. 163. ubi vide Glossarium.

191. **Ἀποπτύω.** *Respuo.* Gloss. in Prom. 1106. Alberti ad Hesych. v. *Ἀπέπτυσε λόγους.*

193. **Εἶχε.** *Poterat,* vel *posset.* Eurip. Hipp. 643. *ἵν' εἶχον μήτε προσφωνεῖν τινα.* Conjungenda sunt *ὅπως εἶχε.*

194. **Ἄγαλμα.** *Ornamentum.* Gloss. in Prom. 475.

195. **Εἰδότας καλούμεθα.** Prom. 1075. *Εἰδότι τοί μοι τάσδ' ἀγγελίας Ὅδ' ἐθώϋξεν.* *Ibid.* *Ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ, καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν Ὑμῖν λέγοιμι.* ubi vid. Glossarium.

197. **Στροβέω.** *Circumago.* Gloss. in Agam. 1187. infra 1038.

198. **Πυθμήν.** *Fundus. Stirps ima.* Hesych. *Πυθμένες: βάσεις αἱ κατὰ τῶν δένδρων.* Corrige *αἱ κάτω τῶν δένδρων.* Infra 253. Suppl. 104. *οἷος νεάζει | πυθμὴν δι' ἀμὸν γάμον τεθαλώς.* Homer.

Od. N. 122. παρὰ πυθμέν' ἐλαίης. De basi tripodis Il. Σ. 375. de terræ radicibus Noster in Prom. 1082. Conferas Matthæi Evang. XIII. 31.

202. **Αὐτοῦ ἐκείνου.** *Illius ipsius* (*ipsius illius*). Sophocl. Trach. 287. Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον—φρόνει νιν ὡς ἥξοντα. Aristoph. Plut. 83. 'Εκεῖνος αὐτός; ΠΛ. αὐτότατος. Sic αὐτὸς οὗτος, Eurip. Iph. A. 1375. αὐτὸ τοῦτο ibid. 1351. Nostri Prom. 851. Platon. Phæd. 14. p. 295. τοῦτ' αὐτὸ Sophocl. Trach. 408.

203. **Τένων.** *Nervosa musculi pars.* (Angl. *a sinew*, recentiores medici dixerunt *tendo*.) A τένω *tendo* (cujus verbi forma recentior erat τείνω) ὁ τένων, *qui tendit*, Eustath. ad Il. B. p. 244, 3. Apud Homerum memorantur τένοντες cervicis, brachii, cruris. Il. X. 396. 'Αμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε 'Ες σφυρὸν ἐκ πτέρνης. Docte de hac voce disseruit Foesius. Apud Euripidem sæpius ponitur συνεκδοχικῶς de calce, vel tibia. Phœn. 42. πῶλοι δέ νιν Χηλαῖς τένοντας ἐξεφοίνισσον ποδῶν. Conf. Med. 1163.

Ibid. **'Υπογραφή.** *Descriptio inferioris partis;* seu potius *imago quæ imprimendo efficitur:* idem ac ὑποτύπωσις. Hesych. 'Υπογραμμός: τύπος· μίμημα.

205. **Καταφθορά.** *Conturbatio:* proprie vero *destructio.* Vid. Pers. 256.

206. **Τελεσφόρος.** *Finem adferens. Perficiens.* Verte, *Denuntians diis vota impleta* (*vel implenda*), *finem optatum secum adducentia.* Infra 534. Prom. 520. Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος. Theb. 652. Οἴμοι, πατρὸς δὴ νῦν ἀραὶ τελεσφόροι. Contra Agam. 969. Εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τι | ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν | εἰς τὸ μὴ τελεσφόρον.

207. **'Επαγγέλλω.** *Denuntio.* i. e. *impero, requiro.* ἐπαγγέλλομαι vero, voce media, *promitto.* Vid. Sturzii Lex. Xenoph. in voce. Vel potest in hoc loco significare *enarrans*, vota sc. jam impleta.

208. **Ἐπεί.** Hæc particula, sic posita, ad sensum loquentis non expressum refertur. *Miror te—quandoquidem quid est, quod a diis consecuta sum?*

Ibid. **Ἕκατι δαιμόνων.** *Quod ad deos adtinet.* Gloss. in Pers. 343.

Ibid. **Κυρέω.** *Consequor.* Prom. 70. ubi vid. Glossarium. Infra 695.

210. **Σύνοιδα.** *Conscius sum.* Eadem fere constructio, quod ad participium adtinet, apud Herodot. V. 91. *συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς.* Alia apud Platon. Apol. Socr. §. 6. *οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν Σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν.* Xenoph. Anab. II. v. 7. *ὅστις δὲ τούτων ξύνοιδεν αὐτῷ παρημεληκώς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ᾽ ἂν εὐδαιμονίσαιμι.* Confer Aristoph. Thesm. 477. Aristot. Eth. Nic. I. 4. Fischer. ad Welleri Gr. Gr. III. p. 324.

211. **Ἐκπαγλέομαι.** *Vehementer admiror. ἐκπάγλως θαυμάζουσαν,* Schol. Hesych. Ἐκπαγλοῦσθαι: *θαυμάζειν.* Eurip. Hec. 1147. Ὅσαι δὲ τοκάδες ἦσαν, ἐκπαγλούμεναι Τέκν᾽ ἐν χεροῖν ἔπαλλον. Orest. 880. *πατέρα μὲν σὸν ἐκπαγλούμενος, Σὸν δ᾽ οὐκ ἐπαινῶν ξύγγονον.* Vocabulo poetico usus est Herodotus IX. 48. ab Albertio citatus; *ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι ἄνδρες ἄριστοι ὑπὸ τῶν τῇδε ἀνθρώπων, ἐκπαγλεομένων ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου, οὔτε τάξιν ἐκλείπετε.*

212. **Πρὸς τί.** *In qua re?*

213. **Ματεύω.** *Exquiro.* Gloss. in Agam. 1062.

214. **Πλέκω.** *Necto.* Noster apud Schol. Aristoph. Nub. 1128. Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. (Vide notata ad Prom. 59.) Sappho I. 2. Παῖ Διὸς δολοπλόκε. Eurip. Ion. 1294. Ἴδεσθε τὴν πανοῦργον, ἐκ τέχνης τέχνην Οἵαν ἔπλεξε.

215. * **Μηχανοῤῥαφέω.** *Artes consuo.* Gloss. in Agam. 1594. ed. 2. Homer. Il. O. 16. *κακοῤῥαφίης ἀλεγεινῆς.*

216. **Ἐν κακοῖσι γελᾶν.** *Irridere calamitates.* Sic in Agam. 1602. *Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω.* quæ olim male interpretatus sum. Sophocl. Aj. 1109. *Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς, Εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.* Ibid. 1107. *Οὐδ' αὖ τοιαύτην γλῶσσαν ἐν κακοῖς φιλῶ.* et 1140. *Ὃς ἐν κακοῖς ὕβριζε τοῖσι τῶν πέλας.* Eurip. El. 68. *Ἐν τοῖς ἐμοῖς γὰρ οὐκ ἐνύβρισας κακοῖς.*

219. * **Δυσμαθέω.** *Ægre agnosco.* *δυσμανθάνω,* quod in lexico dedit Schneiderus, contra analogiam peccat. A *δυσμαθὴς* formatur verbum *δυσμαθέω.*

220. **Κήδειος.** Supra 81.

222. **Ἰχνοσκοπέω.** *Vestigia scrutor.* Idem quod *ἰχνηλατέω.* Sophocl. Aj. 997. *διώκων, κἀξιχνοσκοπούμενος.* Trach. 271. *ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν.*

223. **Ἀναπτερόομαι.** *Attollor,* velut pennis: *Suspensus teneor;* sive spe, seu metu. Phrynich. App. Soph. p. 10, 20. *Ἀνεπτερῶσθαι τὴν ψυχήν: οἷον ἀνασεσοβῆσθαι, ἔκπτοιον εἶναι.* Hesych. *Ἀναπτερώσω: μετέωρον ποιήσω.* ubi citant Herodot. II. 115. *ἀναπτερώσας αὐτήν.* et Eurip. Suppl. 89. *φόβος μ' ἀναπτεροῖ.* Sic Orest. 865. *μῶν τι πολεμίων πάρα Ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκε Δαναΐδων πόλιν;* Aristoph. Av. 1445. *Ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας.* Nub. 318. *ἡ ψυχή μου πεπότηται.* Sophocl. Aj. 693. *Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν.* Hæc tria comparavit Seidlerus cum Eurip. El. 175. *Οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι, | θυμόν, οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις | ὅρμοις ἐκπεπόταμαι | τάλαιν'.* Paullo aliter Xenophon Hist. Gr. III. i. 14. citatus a Marklando ad Suppl. 89. *Μειδίας, θυγατρὸς ἀνὴρ αὐτῆς ὤν, ἀναπτερωθεὶς ὑπό τινων, ὡς αἰσχρὸν εἴη, γυναῖκα μὲν ἄρχειν, αὐτὸν δ' ἰδιώτην εἶναι.* Conf. Villoison. ad Longum p. 91. infra 594. *ὑπόπτερος φροντίσιν.*

226. **Σπάθη.** *Radius textorius.* *ἐριουργικὸν ἐργαλεῖον.* Pollux. Hesych. *Σπάθημα: πύκνωμα. ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατακρουόντων τὰ ὕφη.* Etymol. M. p. 384, 44. *Ἐσπαθᾶτο. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ*

Αἰσχίνου. ἀντὶ τοῦ ἀπώλλυτο. παρὰ τὴν σπάθην—ἢ ἀντὶ τοῦ συνετίθετο· ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης. ἥτις συντίθησι τὸ ὑφαινόμενον. Conf. Lex. apud Bekker. p. 256, 26. Noster apud Polluc. VII. 78. *Σὺ δὲ σπαθητοῖς τριμιτίνοις ὑφάσμασι.* Versus apud Plutarchum Symp. VI. 6. quos Sophoclis esse censet Valckenaerius, ego vero Æschylo adjudico; *Λεπτοσπαθήτων χλανιδίων ἐρειπίοις Θάλπουσα, καὶ ψύχουσα.* Hermippus *Ἀθηνᾶς γοναῖς* apud Suid. v. *Ἀνθέων.* Lex. apud Bekker. p. 404, 30. *Κηροσπάθητον ἀνθέων ὕφασμα καινὸν Ὡρῶν.* (Quid sit *ὕφασμα Ὡρῶν* docet Cypriorum carminum auctor apud Athen. XV. p. 682. E.) Idem Lexicon apud Bekker. p. 453, 18. *Ἀσπάθητον χλαῖναν: ἀνύφαντον.* Quoniam vero radius textoris celeriter agitatus subtemen permeat, hinc *σπάθη* interdum pro gladio usurpata est. Alcæus fr. XXIV. 16. *πὰρ δ' αὖ Χαλκιδικαὶ σπάθαι.*

Ibid. **Θηρίων γραφή.** *Animalium pictura.* sc. *imagines acu pictæ.* Hujusmodi vestem Attici dicebant *θηραῖον.* Pollux VII. 48. *καὶ θηραῖον ἱμάτιον, ἢ ἀπὸ τῆς νήσου, ἢ τὸ ὡς θηρίων ἐνυφασμένων.* Ex his etymologiis posterior vera est. Hesych. *Θηροειδεῖς ἐφαπτίδες: ποικίλως διηνθισμέναι.* Stanleius laudat Eurip. Iph. T. 812. *Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν. Ταῦτ' οὖν ὑφήνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς;—Εἰκώ τ' ἐν ἱστοῖς, ἡλίου μετάστασιν;* "Notissima est tela Arachnæa Ovidio Met. VI. 103. descripta, qua Jovis, Phœbi, Neptuni, in bestias mutatorum figuras exhibuit. Hujus erant generis quæ Plautus Pseud. I. 2. *belluata* dixit *conchyliata tapetia;* Virgilius Æn. VII. 277. *Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.* Videsis et Claudianum I. 181. Ammian. Marcell. XIV. 6." Exemplum pictæ vestis ex Odyss. T. 228. citat Scholiasta. Opus textorium nobiles apud Græcos mulieres non dedecuisse docet Spanhemius ad Aristoph. Nub. 53. Conferant tirones Eurip. Hec. 470. Ion. 1172. Theocr. XV. 80. Callixenum ap. Athen. V. p. 197. B. *ψιλαὶ δὲ Περσικαὶ (τάπητες) τὴν ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζῳδίων.* ibid. p. 198. E. *ζῳωτοὺς ἐνδεδυκυῖαι χιτῶνας.* Pollux VII. 55. *ὁ δὲ καταστικτὸς χιτών ἐστιν, ὁ ἔχων ζῷα, ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα· καὶ ζῳωτὸς δὲ χιτὼν ἐκαλεῖτο, καὶ ζῳδιωτός.*

227. Ἔνδον γενοῦ. *Animi compos fias.* Subaudi φρενῶν vel σαυτῆς. Eurip. Heracl. 709. Τί χρῆμα μέλλεις, σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν; Aptissimus est Herodoti locus I. 119. ἰδὼν δέ, οὔτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἑωϋτοῦ γίνεται. VII. 47. ἐγὼ δ' ἔτι καὶ ἐς τόδε δείματός εἰμι ὑπόπλεος, οὐδ' ἐντὸς ἐμεωϋτοῦ. Hippocrates de Morb. Epid. VII. p. 302. ἔντος ἑωϋτοῦ ἐγένετο. (Angl. *he came to himself.*) Pausan. VIII. 34. Ὀρέστης ἐνταῦθα ἐκείρατο τὴν κόμην, ἐπειδὴ ἐντὸς ἐγένετο αὑτοῦ. Simili sensu Sophocl. Phil. 950. ἐν σαυτῷ γενοῦ. ubi Brunckius ἐν σαυτοῦ. Sed recte se habet dativus. Xenoph. Anab. I. v. fin. ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο. Alciphron III. 1. οὐκέτ' εἰμὶ ἐν ἐμαυτῇ, ὦ μῆτερ. Terent. Andr. II. 4. *proin fac, apud te ut sies.* Contrarium est ἔξω ἑαυτοῦ γεγονέναι. Vid. Valckenaer. ad Herodot. III. 155. Schol. in Lucæ Ev. I. p. 228. Dorvill. in Charit. p. 345. Kypke. in N. T. p. 290. Pricæum in Apul. p. 77. Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 74. Schleusner. Lexic. N. T. T. I. p. 662.

Ibid. Ἐκπλαγῆναι φρένας. *Mente attonitum esse.* Eurip. Med. 8. Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. Homer. Od. Σ. 326. σύ γέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί. Confer Valckenaer. l. c.

230. Ἀλκῇ πεποιθώς. *Fortitudine fretus.* Suppl. 347. ἀλκᾷ πίσυνος. Homer. Il. E. 299. ἀλκὶ πεποιθώς.

233. Ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον, pro ἀναγκαίως ἔχει, i. e. ἀναγκαῖόν ἐστι. Plato Legg. IX. p. 18. εἰ ταῦτα οὕτως ἔχοντά ἐστιν. Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 559. aliter

234. Ῥέπω. *Vergo.* Gloss. in Theb. 21.

235. Στέργηθρον. *Amor consanguineus.* Gloss. in Prom. 501.

236. Νηλεῶς. *Immisericorditer.* Gloss. in Prom. 248.

240. Θεωρός. *Spectator.* Gloss. in Prom. 118.

241. Εὖνις. *Orbus.* Gloss. in Pers. 289. Infra 781.

242. **Πλεκτή.** *Plica.* Subaudi *σειρά.* In hoc loco idem valet ac *πλεκτάνη, spira.*

Ibid. **Σπείραμα.** *Spira.* "Idem quod *σπεῖρα, spira;* ac proprie de serpente dicitur, quum in spiram tractu se colligit, et suis spiris orbem facit; ut quum Dionysius de situ orbis dicit Bacchis Ζωστῆράς θ' ἕλικάς τε πολυγνάμπτου ἑλίνοιο conversa fuisse εἰς σπείρημα δρακόντων: pro quo Statius dixisset *In sinuosa draconum terga.*" H. Steph. Suid. Σπείρημα: τὸ τοῦ ὄφεως εἴλιγμα. Eurip. Med. 480. Δράκοντά θ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας, Σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄϋπνος ὤν.

243. **Ἔχιδνα.** *Vipera.* Idem quod ἔχις. Infra 981.

Ibid. **Ἀπορφανίζω.** *Orbum parentibus reddo.* "Usus verbo quoque Apostolus I. ad Thessal. ii. 17. ἡμεῖς ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν. Ubi simpliciter notat *privati.* Hyllus apud Soph. in Trach. 958. Κλαίων ὅθ' οὕνεκ' ἐκ δυοῖν ἔσοιθ' ἅμα Πατρός τ' ἐκείνης τ' ὠρφανισμένος βίου.—Pindar. Pyth. IV. 504. ὀρφανίζει κακὰν γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός. Schol. ἐρημοῖ. ἀποχωρίζει. Adde Pyth. VI. 22. et Suiceri Thes." Abresch.

244. **Νῆστις.** *Famelicus.* Gloss. in Prom. 590.

Ibid. **Ἐντελής.** *Integer. Adultus.* Sophocl. Trach. 762. Ταυροκτονεῖ μέν, δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων, Λείας ἀπαρχήν, βοῦς.

245. **Σκήνημα.** *Nidus.* Idem ac *σκήνωμα*; de qua voce consuli potest Schleusnerus in Lex. N. T. Intelligo autem per θήραν πατρῴαν, *prædam qualem pater capere solebat.*

247. *** Πατροστερής.** *Patre orbatus.* Sensu passivo, ut ὀμματοστερής, βιοστερής, ἡλιοστερής. Contra ἀργυροστερής, *qui argento privat,* infra 989.

250. **Νεοσσός.** *Pullus.* Infra 494. Vid. Monk. ad Eurip. Alc. 414.

251. **Εὔθοινον γέρας.** *Honos in epulis rite redditus;* nempe sacrificialibus.

253. **Σῆμα.** *Auspicium,* quod per aquilarum volatum datur. Gloss. in Prom. 498.

254. **Ἀρχικός.** *Regius.* Eurip. Philoct. fr. VI. Τί δῆτα, θάκοις ἀρχικοῖς ἐνήμενοι, Σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων; *sedilibus, quibus insidentes, homines gubernatis.* De πυθμένι vid. supra 198.

255. **Βούθυτον ἦμαρ.** *Dies quo boves mactantur.* Sic Agam. 158. κρεουργὸν ἦμαρ. Abreschius in Misc. Obs. V. 3. p. 82. citat Eurip. Hel. 1490. βούθυτον ἡμέραν. Ion. 664. βούθυτον ἡδονήν. Sophocl. Œd. C. 1490. ἑστίαν βούθυτον. Aristoph. Av. 1232. Sic Alc. 1175. βουθύτοισι προστροπαῖς. Similis adjectivi usus Pers. 658. πολεμοφθόροισιν ἄταις. Eurip. Iph. T. 1085. βωμοὺς μηλοθύτους.

256. **Κομίζω.** *Curo. Foveo.* Hesych. Κόμιζε: ἐπιμελείας ἀξίου. Homer. Il. Z. 490. τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. Od. P. 112. ὡς ἐμὲ κεῖνος Ἐνδυκέως ἐκόμιζε σὺν υἱοῖς κυδαλίμοισιν. Eustath. ad Od. Z. p. 1560, 5. τὸ δὲ κομέειν λέγεται καὶ κομίζειν—παραγώγως. ὅθεν καὶ κομιδὴ ἡ ἐπιμέλεια· καὶ εὐκόμιστος κατὰ τοὺς παλαιούς, ὁ ἐπιμελείας τετευχώς. Lex. apud Bekker. p. 267, 29. Κομιδῇ: πάμπαν, τελείως· συναγωγή, ἐπιμέλεια. καὶ κομίστρια, ἡ τρόφος. Interponendum κομιδή, ante συναγωγή, incipit enim nova glossa.

259. **Ὅπως μὴ πεύσεται.** Hujus constructionis τοῦ ὅπως cum futuri indicativo, exempla præbebunt Dawesius M. C. p. 229. Valckenaer. ad Eurip. Phœn. 93. ad Theocr. I. 112. Porson. ad Hec. 398. Vid. Prom. 68. Suppl. 406. 447. Ag. 820.

260. **Γλώσσης χάριν.** *Linguæ gratia.* (Angl. *for the sake of talking.*) "τῇ γλώσσῃ χαριζόμενος, et hinc διὰ τὴν γλωσσαλγίαν, μὴ δυνάμενος ἐχεμυθεῖν—Nostro prior Hesiodus Ἐργ. 709. Μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν." Abresch. Proclus ad Hesiodi locum, διὰ περιττὴν καὶ ἀνόνητον τῆς γλώσσης ὁρμήν. Euripides dixit γλώσσῃ χαρίζεσθαι *linguæ indulgere.* Hanc locutionem minus accurate tractavi ad Prom. 302.

262. **Κηκίς.** *Quidquid tingit.* In hoc loco *fumus* vel *fuligo.* Hesych. Κηκίς: ἀτμίς. Vid. Gloss. in Agam. 933.

Ibid. * **Πισσήρης.** *Piceus.* Recte Schol. καιόμενα γὰρ τὰ ξύλα πίσσαν ἀνίησι. Rogus scilicet ex tædis pineis fiebat. Stanleius vero intelligit de pice, quæ rogo adhiberi solebat. Hesych. v. Κωνῆσαι.—καὶ πισσοκωνήτῳ μόρῳ λέγουσιν, ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσι. Αἰσχύλος, καὶ Κρατῖνος Κρήσσαις. (Rectius Alberti. Αἰσχύλος Κρήσσαις, καὶ Κρατῖνος. Photius. Πισσοκωνήτῳ πυρί: τῷ εὐκαύστῳ. ἐπεὶ τὰ καιόμενα πίσσῃ χρίεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις. Pro πυρί, legendum puto μόρῳ.) Sed hoc de vivicomburio dictum est: talis erat Romæ *tunica molesta.*

263. **Μεγασθενής.** *Præpotens.* Gloss. in Theb. 70.

265. **Ἐξορθιάζω.** *Alta voce excito.* Gloss. in Pers. 693.

Ibid. **Δυσχείμερος.** *Procellosus.* Prom. 771. Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης. Vid. Gloss. in Prom. 15.

266. **Ὑφ' ἧπαρ.** *Sub jecinore.* i. e. *intimo pectore.* Sophocl. Ant. 1315. Παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτήν. Trach. 933. Ὁρῶμεν αὐτὴν ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ Πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην. Cum genitivo Eurip. Suppl. 919. Ἰὼ τέκνον, δυστυχῆ σ' ἔφερον, ἔφερον ὑφ' ἥπατος. Eodem fere sensu in Agam. 765. δῆγμα δὲ λύπης Οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται. et 421. πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ. Sic Theocritus XI. 15. dixit ὑποκάρδιον ἕλκος, et XX. 17. ὑποκάρδιον ὀργάν, sicut Virgilius Æn. I. 36. *æternum servans sub pectore vulnus,* quod ex Lucretio sumsit II. 638. *Æternumque daret matri sub pectore vulnus.* Hi dolores dicuntur in Eum. 465. ἄλγη ἀντίκεντρα καρδίᾳ.

267. **Μέτειμι.** *Prosequor.* Vid. infra μετέρχομαι v. 975.

Ibid. **Αἴτιος.** *Reus.* "Absolute αἴτιος pro φόνου αἴτιος, vid. etiam supra 62. Eumen. 470." Abresch. Sed neutrum ex his exemplis satis aptum est.

269. **Ζημία.** *Multa. Pœna pecuniaria.* Sed qui pœnæ quas Phœbus Oresti intendebat, non erant proprie ζήμιαι, pecuniariæ, idcirco adjicitur ἀχρημάτοισι. Eurip. Orest. 613. Ἕως ὑφῆψε δῶμ'

ἀνηφαίστῳ πυρί. ubi Schol. δηλονότι ἄνευ πυρὸς διέφθειρε τὴν οἰκίαν. (ut εὗει ἄτερ δαλοῦ.) In Hecub. 65. σκόλιον σκιπῶνα vocat brachium, quia veri scipiones recti sunt, non curvi: vide ibi Musgravium. Hoc loquendi genus illustravi in Gloss. Agam. 81.

Ibid. Ταυρόομαι. *Efferor in modum tauri.* proprie, *in taurum vertor.* ut in Eurip. Bacch. 920. Metaphorice idem in Med. 92. εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην. ibid. 190. Καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης Ἀποταυροῦται δμωσίν. Aristoph. Ran. 816. Ἔβλεψεν οὖν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω.

271. Δυστερπής. *Injucundus.* Idem quod ἀτερπής. Prom. 31.

272. Μείλιγμα. Supra 13. Sunt autem δυσφρόνων μειλίγματα, *calamitates, quibus inimici gaudere possint.*

274. * Ἐπαμβατήρ. *Qui ascendit.* pro ἐπαναβατήρ.

Ibid. Γνάθος. *Maxilla.* Eurip. Med. 1198. Γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων. Confer Gloss. in Prom. 376.

275. Λειχῆνες. "*Impetigines* Latinis dicuntur, summæ cutis vitia, cum asperitate quadam et levi pruritu, via quædam ad psoram et fœdæ scabiei species." Foesius Œcon. Hippocrat. in voce Λειχῆνες. Pessimam hujus morbi speciem dicebant Ἀγριολειχῆνες vel Ἀγριοψωρία, teste Hesychio, (Æschylus ἀγρίαις γνάθοις.) Confer Hesychium v. Λειχῆνες, Salmasium in Tertull. de Pall. p. 401. H. Steph. Dict. Med. p. 395. Noster Eum. 783. Λειχὴν ἄφυλλος, ἄτεχνος.

Ibid. * Ἐξέσθω. *Exedo.* Forma ἔσθω occurrit Agam. 1587. Videtur esse frequentativum ab antiquiore ἔδω.

Ibid. Ἀρχαίαν φύσιν. i. e. τὴν πρὸ τοῦ νοσεῖν κατάστασιν, Hesychio interprete. Frequens est Hippocrati, vid. Foes. Œcon. Aristid. Tom. I. p. 637. τῆς ἀρχαίας φύσεως ὅτι ἐγγυτάτω γενόμενος. Abresch.

276. **Κόρση.** *Capillus.* Etymol. Gudian. p. 338. Κόρσαι: *αἱ τρίχες. Αἰσχύλος· Λευκὰς δὲ κόρσας τῇδ' ἐπαντέλλειν νόσῳ.* Loci sententiam sic aperit Schol. *ἢ μέχρις γήρως ἀτυχήσομεν, ἠὲ παρ' αὐτὰ γηράσομεν,* quæ verba, quia in dactylica decurrunt, fragmentum poetæ esse putat Abreschius; quum aperte sint diversæ interpretationes, vel, *usque ad senectutem morbo laborabimus* vel *illico senescemus,* præ dolore scilicet, (*οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι*). Contra Stanleius et Spanhemius ad Callim. H. Dian. 78. *Albos capillos una cum hoc exoriri morbo.* Schutzius laudat Celsum de Medic. V. 28. " *Vitiligo*—*λευκὴ habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, et altius descendit, in eaque* albi pili sunt, et lanugini similes." Conf. Levit. XIII. 3. Vocem Siculam esse *κόρση* ait auctor tractatuli de vocibus quibusdam peculiaribus, a Sturzio inserti in Maittair. de Dial. p. 377. (Bekker. Anecd. Gr. p. 1096.) Occurrit apud Simonidem VIII. 2. Empedoclem v. 27. ed. Peyron. Lycophr. 507. Nicand. ap. Athen. IV. p. 133. E. Hesych. Ἀποκορσωσαμέναις: *ἀποκειραμέναις. κόρσας γὰρ τρίχας. Αἰσχύλος Ὑψιπύλῃ.* Photius, Πυρσοκόρσου λέοντος: *Αἰσχύλος ἐν Κήρυξι Σατύροις.*

Ibid. **Ἐπανατέλλω.** *Insuper exorior.* Gloss. in Agam. 26.

277. **Προσβολή.** *Aggressio.* Gloss. in Theb. 28.

281. **Προστροπαῖος.** *Supplex.* Gloss. in Agam. 1577. Schol. *ἐκ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἱκετεύοντος τοὺς θεοὺς ἐκδικήσεως τυχεῖν.* Conf. Eumen. 234.

Ibid. **Ἐν γένει.** pro *τῶν ἐγγενῶν.* Abreschius confert Soph. Œd. T. 1430. *Τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν, Μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.* item Eum. 603. *Ἐγὼ δὲ μητρὸς τῆς ἐμῆς ἐν αἵματι;*

282. **Λύσσα.** *Insania.* Prom. 908. *Ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι, λύσσης Πνεύματι μάργῳ.* Homer. Il. I. 238. *Μαίνεται ἐκπάγλως, πίσυνος Διΐ, οὐδέ τι τίει Ἀνέρας, οὐδὲ θεούς· κρατερὴ δέ Ϝε λύσσα δέδυκεν.*

Ibid. **Ἐκ νυκτῶν.** *Noctu.* Homer. Od. M. 286. Ἐκ νυκτῶν δ' ἄνεμοι χαλεποί, δηλήματα νηῶν. Theog. 452. ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα. Incert. Rhes. 13. ἐκ νυκτῶν τὰς ἡμετέρας κοίτας πλάθουσιν. Aristoph. Eccl. 668. Οὐκ ἀποδύσουσ' ἄρα τῶν νυκτῶν. Hæc et plura congessit Jacobsius in Anthol. Palat. T. III. p. 332. cujus exemplis adjici possunt Phrynich. App. Soph. p. 54, 20. Herodot. VIII. 76. ἐπειδὴ ἐγένοντο μέσαι νύκτες. Sappho fr. XXVIII. Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα καὶ Πληϊάδες· μέσαι δὲ Νύκτες. Xenoph. Cyrop. V. p. 28. ἡνίκα δ' ἦν ἐν μέσῳ νυκτῶν. Anab. I. vii. 1. περὶ μέσας νύκτας. III. i. 33. σχεδὸν ἦσαν μέσαι νύκτες. Thucyd. VIII. 101. πρῳαίτερον μέσων νυκτῶν.

284. **Πλάστιγξ.** *Flagrum.* Etymol. M. p. 674, 20. Πλάστιγξ: ἡ μάστιξ· ἀπὸ τοῦ πλήσσειν. παρ' Αἰσχύλῳ. Usitatior sensus est *lanx,* de quo Spanhem. ad Aristoph. Ran. 1420.

286. **Λίψ.** *Libatio.* quo sensu nescio an alibi reperiatur. Abreschius legit λίβους.

